Typus eorũdẽ apd eũdẽ ut pinxit Glareanus. 80
Typus XII Ariſtoxeni Modorum. 81

Typus

Index

Typus Authentarum ac plagiorum diuiſim ac coniunctim in notulis muſicis. 82
Typus octo Modorum muſicorum Ptolemaica deſcriptione. 67
Typus omniũ Modorum & XXIIII cõſtitutionum Diapaſon ex diapente ac diateſſaron connexione. 69
Typus alius omnium Modorũ in lineis. 71
Typus ultimus omniũ Modorũ in notulis. 73
Typus cõnexionum omniũ Modorum. 140
Typus Muſices generalis. 4
Typus trium Modulandi generum. 12
Typus 4 Diapente, 3. diateſſaron ſpecierum. 22
Typus ueterum Conſonantiarum. 25
Typus Conſonantiarum ac Diſſonantiarum noſtræ ætatis. 26
Typus Diuiſionis Monochordi in tribus modulandi generibus. 55
Typus omnium in Tono partitionum. 28
Typus duarum opinionũ de ſono in cœlo. 96
Typus IX Muſarum. 100
Typus notularũ omniũ in cantu menſurali. 196
Typus ligaturarum. 197
Typus pauſarum. 198
Typus Puncti diuiſionis ex Franchino. 199
Typus puncti perfectionis ac additionis ex Franchino. 200
Typus Modi, Tẽporis, ac prolationis. 101
Typus ſignorũ explicitorũ ac implicitorũ. 205
Typus reſolutionum tres in tactu. 204

V

Vaqueras Symphonetes. 243
Veni Sancte Spiritus in cantu plano. 163
Verſus in Gloria Patri Reſponſoriorũ 37 & 38
Verſus introituum. 39 & 40
Victimæ Paſcali, Proſa in cantu plano. 28 & 128
Eadem in cantu menſurali explicata. 363
Viginti claues in Guidonis Scala. 45
Virgilij locus de Calliope. 99
Vniſonus quid. 19
Vocum Muſicarum ſex ſunt ſigna. 1
Voces ſuperiores ac inferiores ternæ. 2
Voces fictæ quæ ſint. 6
Vocum permutatio. 12
Voces duas ex una deducere. 441 ac deinceps multa exempla.
Voces treis ex una diuerſis ſignis Iuſqni. 443
Voces treis ex una diuerſis ſignis Lutuichi Senflij. 444
Voces IIII ex una diuerſis ſignis Petri Platenſis. 445
Voces Muſicales ad fortunam Senflij. 222
Vocum Muſicalium deductio in cantu plano. 6
Vocum Muſicalium ſimplex deductio in cantu menſurali. 226
Vtilitas Muſicorum Modorum. 29

Finis Indicis.

Henrichi Loriti Glareani, Patri[1] tij Claronenſis apud Heluetios Dodecachordi, Liber I.

De Muſices diuiſione ac defi nitione, Caput I.



MVSICA duplex eſt, Theorice ac practice. Theorice circa rerum muſicarū contemplationē uerſatur: Ea triplex eſt authore Boethio lib. 1. cap. 2. Mundana, quæ de harmonia totius & partiū mundi conſyderat. Humana quæ de proportionibus corporis & animæ, atq; harum inter ſe partium pertractat. Tertia, quæ in quibuſdam conſiſtere dicitur inſtrumentis, ac de ea quidem idem author quinq; libris diſputat. Practice circa executionem cantus conſiſtit. Hæc in Rhythmis eſt, in metris, in ſonis. Et ſoni quidem, alij in inſtrumentis, quæ et ipſa uaria ſunt, alij in humana uoce reperiuntur, de quibus nunc potiſsimū diſſerere conabimur. de regulata uidelicet muſica, quæ de cantu eſt. Porrò cantus duplex eſt, alter ſimplex ac uniformis, quo nūc uulgo in templis utuntur, & de hoc tractat muſica plana, quam Gregorianam uocant: alter uarius ac multiformis, de quo eſt muſica quam alij figuralem, alij menſuralem nunc uocant. De hoc cantu quando apud ueteres nihil, quod equidem ſciam, reperitur certi, ætatis noſtræ authorū traditionem in poſterioribus proſequamur.

Definitio Theorices.

MVſica eſt facultas differentias acutorum et grauium ſonorum, ſenſu ac ratione perpendens. Boethius lib. 5. cap. 1.

Definitio Practices.

MVſica eſt recte modulandi ſcientia. Diuus Auguſtinus.

De elementis Practices, Caput II.

QVando uero omnis matheſis in demonſtratione conſiſtit, et neq; res ipſæ in diſputationem uenire, neq; uoces ſcribi poſſunt, Vocum ſigna inuenerunt muſici, partim figuris, quas nunc notas uocant, partim ſyllabarum appellatione, quæ ſex ſunt uſu receptæ, Vt, re, mi, fa, ſol, la. Eas nunc frequentiore uerbo uoces appellant, ſigno pro re ſignificata utentes. Sedes autem harum uocum claueis nomi-

nant, diſtinctas linea ac ſpacio in cantibus, ac æquis quidem dimenſioni bus linearum Parallelarum ad oculos, cum uoces tamen inter ſe non omnes æquo interuallo diſtent, ut poſtea de interuallis latius demõſtrabit. Veteres muſici uoces phthongos, claueis neruos appellabant. Has autem claueis in ordinem tanquam in ſcalam quandam, ad Græcam olim chordarum diſpoſitionem redegit Guido Aretinus, eximiæ eruditionis uir, quẽ noſtra ætas ſequitur, ita ut infimo gradu in linea parallela poneret uocem, ut, præſcripta tertia Græcorum litera Γ. Nempe ut haud immemores eſſemus hanc diſciplinam, ut alias omneis, à Græcis eſſe. Proxime deinde in ſpatio ſupra primam lineam parallelam uocem, re, præpoſita litera A. Rurſus deinde in ſecunda linea uocem, mi, cum litera B. præſcripta, quam nonnulli quadrato corpore pingendam cenſent, ita ut latus dextrum ultra baſin deſcẽdat, ſiniſtrum ultra hypotenuſam aſcendat ad hanc formã ♮. Id tradidit Franchinus Laudenſis noſtra ætate in hac arte præcipuus, motus hac ratione, ut eſſet diſcrimen duarum uocum, mi & fa, in octaua inde claue b fa ♮ mi. Porrò deinde in ſpatio ſupra ſecundam lineam duas Guido ponit uoces, fa ac ut, præpoſita C. litera, ut nouus hic ſex uocum ordo incipiat, qui præcedentem ordinem, aſcenſu deficientem excipiat, nec tamẽ ad finem prioris incipiat, ſed in medio, ut natura ſimiles uoces in eadem locentur claue, aiunt noſtri Muſici, apud quos in confeſſo eſt, eſſe quandam naturæ ſimilitudinem quartæ cuiuſq; uocis hoc pacto, Vt cum fa, re cum ſol, mi cum la, quanq; ego huius diuiſionis cauſam fuiſſe puto ut ſemitonium tertio quoq; loco eſſet inter mi ac fa, ad generis diatonici formam, de quo poſtea tractabimus. Nam, ut fa, molleis uoces, re ſol, naturales, mi la, duras, neſcio quo authore doceant, niſi uſum magis quã artem ſpectare malimus. Quis enim flebilior ac mollior cantus, quàm ubi mi regnat ut in Threnos Hieremię quidam effinxêre harmoniam, & Diuæ Magdalenes querelam ad ſepulchrum Domini: Tulerunt dominum meum. Fortaſſe autem hæc à Modorum natura noſtri ſumpſere Muſici. Nam in Lydio, molli, ut quibuſdam uiſus eſt, Modo, ſed molliori Ionico, ut fa regnãt in diateſſarõ ſuperne: In Dorio, graui ac ſeuero Modo, re ſol, in Phrygio religioſo, ac duro, mi la. Sed hæc poſtea explicabuntur, huic loco nimis alta. Hoc initiantibus melius præcipiunt. Inter ſex haſce uoces, treis eſſe inferiores, ut, re, mi, Treis item ſuperiores, fa, ſol, la. Et in aſcenſu ſumendas inferiores, in deſcenſu contra, ſuperiores, Reliquæ inde claues à Guidone diſpoſitæ ſic habẽt: D, in tertia parallela cũ duabus uocibus ſol ac re. E, in ſpacio ſimiliter duabus, la ac mi. Et F, in quarta parallela duabus, fa ac ut. G autẽ in ſpacio tribus, ſol re et ut. Hic enim incipit ſex uocũ ordo, qui ἀνεζευγμένων, id eſt, diſiunctarũ tetrachordũ, hoc eſt mi in b claue habet, cũ præcedens ordo, qui in F incipit συνημμένων, id eſt, cõnexarũ con


tinea

neat tetrachordum, hoc eſt, fa in b claue. Cæterum hactenus ab A ſunt claues quas eſſentiales uocant, A. B. C. D. E. F. G. Reliquæ deinde claues eodem modo, ut priores repetuntur, adiectis tamen pluribus uocibus propter mi ac fa in b claue, & minutis item literis a b c d e f g. poſt quas deinde geminatę ſequntur quinq;, aa. bb. cc. dd. ee. Mi tamen & fa in b claue duæ uoces, nõ ex æquo ab a minuto diſtant. Mi enim ab a minuto tono ſemotum eſt, fa autem ſemitonio minore. Itaq; ipſæ uoces duæ in eadem, quidẽ ut uidetur, claue, plus diſtant inter ſe, quàm uel mi a fa in c paruo, uel fa à mi in a paruo, quod poſtea, cum de toni partitione diſſeremus, latius demõſtrabimus. Si igitur b clauem unius loco numerabimus, erunt guidonicæ ſcalæ claues uiginti hoc ordine: Γ ut, A re, ♮ mi, C fa ut, D ſol re, E la mi, F fa ut, G ſol re ut, a la mi re, b fa ♮ mi, c ſol fa ut, d la ſol re, e la mi, f fa ut, g ſol re ut, aa la mi re, bb fa ♮ mi cc ſol fa, dd la ſol, ee la. Ita ut in cantu pernotando Γ. ueniat in primam lineam, ut diximus. A autem in ſpatium ſupra primam lineam. Deinde uero linea ac ſpacium gradatim ſumãt uoces in aſcenſu donec ad finem peruentum fuerit. Ita enim ſcalæ quædam, ſiue in aſcenſu ſiue in deſcenſu malis, erit imago. Vt in ſubiecta deſcriptione perſpicuũ fuerit. Porrò hoc loco admonitum Lectorem uelim, fieri haud potuiſſe, ut ſermonem ex medio uulgi, ab omnibus, qui hæc tractant, receptum, prorſus effugeremus, aut enim confictis nouis nominibus, cum ad hunc modum antiqua non fuerit deſcriptio, arrogantiæ crimen ſubeundum erat, aut concedendum aliquid tot nunc annorum uſui. Deniq; cum res ſit aliquo pacto noua, hæc ut noua uerba, ſed uſu recepta, cur quis uitet, neſcio. Et apud Latinos quadrans, triens, quincunx, & reliquæ aſsis partes quam aliam ob cauſam maſculina ſunt quã quod aſsis eius eſt generis? Eodem modo oriens, occidens, maſc. propter Solem, & continens fœmininum propter terram: Ita permittatur nobis ſecunda, tertia, quarta, cum ad conſonantiã hic fiat relatio. Vt quid enim alioqui græci potius διὰ πασῶν dicunt quàm διὰ πάντων? Deniq; oportet eum qui docet, plane loqui, atq; ad hoc niti potiſſimum ut intelligatur, neceſſe igitur eſt, ut non omnia ea fugiat reijciatúe, quæ ut cunq; negocio profuerint, memineritq; lector aliter Ciceronem locutum, cum Philoſophica tractat, aliter cum numen ſuum Pop. Romanum dulci delinit oratione. Sed nunc Typũ generalem ſubijciamus, in quo ſingulis chordis ſingulas adpoſuimus literas, deſignatione & græcarum & latinarum clauium ad numeros pernotata, de qua plenius huius uoluminis capite XVIII. diſſeremus.

ee
dd
cc
bb
aa
g
f
e
d
c
b
a
G
F
E
D
C
♮
A
Γ

Musices generalis typus in gene

re diatonico æqualibus ſpacijs, alioqui Pythagorea dimentione diſpoſitus, Guidone Aretino authore.



Quæ in Guidonis typo rudibus huius artis conſyderanda Cap. III.


PRimum itaq; ſciendum haud abs re factum eſſe, cur clauſũ initio literæ ponantur, addiſcentibus enim id perutile. Sunt autẽ claues natura diſtinctæ ſeptẽ, ac totidem literis a b c d e f g notatę: Per repetitionem uero 2 0 fiunt, hoc diſcrimine à muſicis pictæ, maiuſculis quidem formis primę ſeptem poſt Γ ut: ſequẽtes deinde ſeptem, tenuibus. Porrò extremę quinq;, geminatis. Atq; inde dicimus A magnum ſiue graue, item a paruum ſiue acutum, Aa geminatum, & de reliquis clauibus eodem modo. Secundo conſyderandæ ſunt diſtantiæ clauium. Nam clauis à proxima diſtat ſecunda: à tertia, tertia: à quarta, quarta: & ſic deinceps. Et in uniuerſum eiuſdem ſpeciei literæ, quæuis à proxima, octaua diſtat. Vt Γ ut à G ſol re ut: A re ab a la mi re, ac inde in reliquis eodem coniectandum modo. Vbi hæc regula notanda. De octauis idem eſſe iudiciũ, quod cum de uocibus, tũ non minus de natura cantus intelligitur, Quæcunq; enim uoces in G ſol re ut ſunt, eædem et in Γ ut recte cãtari poſſunt: Et quæ in a la mi re, eædem in A re, quæ in b fa ♮ mi, eædem in ♮ mi, nec diſſimiliter de ſupremis iudicandum. Tertio ſciendum quod hæc diſpoſitio clauium in infinitum deduci poterat, ea lege ſeruata, quam dicta iam regula innuit. Neceſſe tamen erat, ut alicubi eſſet initiũ, alicubi item finis. Eius rei eſto exemplũ. Si notula aliqua, caſu (ut fit ſæpe) infra Γ ut ponatur, rogas quid ibi canendum? aio, reſpiciendam eſſe ab ea octauam clauẽ. Vt enim infra G ſol re ut eſt F fa ut, ita infra Γ ut erit f fa ut. Ita conſimili modo, ſi extra ee la obueniet notula, ea quoq; uenit ad rationẽ octauæ clauis iudicanda. Humana uero uox hos limites nõ egreditur. Tametſi quatuor uocum cantilenæ, & inſtrumenta ipſa muſica ſæpius hanc diſpoſitionem excedunt. Neq; uero has uoces recte fictas quis uocet, quę in octauis reperiuntur, ſed eas potius fictas dixeris, quas neq; eæ claues, ubi licẽtia uſurpãtur, neq; octauæ earum continent. Vt mi in F fa ut: Sol in E la mi: fa in a la mi re, &c. Poſtremo aſſueſcendum eſt clauibus, ut eas memoriæ acriter cõmendemus, ut nõ præmeditati etiam ſciamus, quas uoces quæq; teneat clauis, ne mi canamus, ubi fa cantandum eſt, aut contra. Reliqua uſu facile perdiſcentur.

Dodecachordi


De clauibus & uocum per eaſ dem deductionibus, item de notularum figuris,

Caput IIII.


CLauis haud dubie, metaphora à claue ferrea ſumpta, dicta eſt, quod ut illa ſeram, ita hęc cantum aperiat. Cum autẽ ſanè ineptum eſſet, omneis ab initio cantus ponere literas, unam alteramúe in primis marginibus notarunt muſici, ut ex ea cæteræ dignoſcerẽtur, easq; uocarũt ſignatas. Quidam, ut Sebaldus Heiden inſignis noſtra ætate Muſicus, characteriſticas uocant, quæ uox ſi eſſet uſu recepta, non diſpliceret. Frequentiſſime autem duas pingunt F fa ut & c ſol fa ut, quanquã & g ſol re ut nonnũquam in ſuprema cantilenarum compoſitarum uoce. Γ ut uero ſignare uel dd la ſol ſuperuacaneum eſt. Cognita itaq; claue ſignata, uidendum qua claue incipiat cantus, & agendum ſecundum regulas iam dictas, ut aſcendẽdo inferiores uoces accipiamus, deſcendẽdo ſuperiores. Elaborandum etiam omnino, ut diſtantias ſiue interualla notemus, ac aſſueſcamus illis, ne prolatis uocibus fa re, canamus tamẽ fa mi, aut prolatis ſol ut, canamus ſol re. Quare deductiones ſimplices pueris tradi ſolent, ad os eorum formandum oppidò quàm utiles. Aſſueſcent enim ita lineis ac ſpaciis ab imis ad ſumma, ut ſepties, ut re mi fa ſol la, in ſcala repetũtur. Quicunq; autem haſce exhibuit nobis formulas, is uere rudibus conſuluit ingeniis, ingenio ipſe haud deſpiciendo, uerus doctor, uerus in hoc negotio dux. Ita ſimplicibus ſimplicia annexuit, ita in re minuta uariauit omnia, ut pulcherrimè paulatim ducat rudem ad audendum deinde in maioribus. Eas ſatis felici euentu, cuius noſter Lutuichus Senfly, quatuor uocibus ad Tenorẽ fortuna induxit. Quare neutiquam hæ negligendæ initiantibus exercitationes, quæ ſunt huiuſmodi.




Exemplum primæ deductionis ex Γ ut.




Exemplum ſecundæ deductionis ex C fa ut.




Exemplum tertiæ deductionis ex F fa ut.




Exemplum quartæ deductionis ex G ſolre ut, reſpondens primæ




Exemplum quintæ deductionis ex C ſolfa ut reſpondens ſecundæ.



Exemplum ſextæ deductionis ex F fa ut, reſpondens




tertiæ.



Exemplum ſeptimæ deductionis ex g ſol re ut, reſpondens quar-




tæ ac primæ.



ID etiam magnopere curandum, ut tonorum ac ſemitoniorum differē tiam recenti iuuenum memoriæ diligenter inculcemus, hoc eſt quod uulgo dici ſolet, ut noſcant differentiam inter mi ac fa. Subijciam huius unicum exemplum ſed contrarijs mi ac fa pernotationibus.




I te in orbem uniuer ſum, & prædi ca te dicen



tes alle lu ia.






NEc inutile fuerit fortaſsis, unam aut alterā cantilenam clauibus trāſponere, ac pueris oſtendere quàm in diuerſum longe abeat harmonia, ſi ex ſuis clauibus, uelut ianua è cardine, moueatur. Vt ſi quis cantionem Requiem, in a la mi re incipiat, ſed hoc diligenti præceptori indicaſſe ſat erit. De notularum figuris opreræpretium eſt nunc differere, qua de

re

re Franchinus & diligenter & erudite præcepit, triplicem nobis exhibẽs notularum deſcriptionem: Simplicem, compoſitam, ac mediocrem. Simplex (inquit) eſt, quæ alteri notæ non coniungitur, & quadrato corpore figuratur, hoc modo ▪ Quandoq; item cum uirgula in latere eius dextro deſcendente deſcribitur ad modum longæ menſurabilis, ut hic ▪. Compoſita notula eſt (idem inquit) quæ alteri notulæ conſuitur, quę tũc diuerſam conſequitur deſcriptionem. Hæc ille. Mediocrem autem uocat Rhombi forma notulam, qua ſpecie ſemibreuis eſt in menſurabili cantu, ſic ♦, quam tamen nunquam ſolam, ſed uel duas uel plures, maxime in deſcenſu poni arbitratur, quemadmodũ in prioribus deductionibus, quoties gradatim deſcendebatur, uiſum eſt. Porrò compoſitarum notularum triplicẽ ponit differentiã: Initio, medio, ac fine. Initio quidem duas. Aſcendente enim ſecunda, prima abſq; cauda pernotanda eſt, ut hic B. At ſecunda deſcendente, prior caudã habet à ſiniſtro latere deſcẽdentẽ, ut hic C. In medio quidẽ omnes abſq; cauda ſunt notulę, ſed uel quadratæ, uel obliquę pingũtur, ut hic D. In fine autẽ trifariam pernotãtur, aut enim ultima deſcendit, & tunc abſq; cauda eſt, ut hic E. Aut aſcendit, idq; bifariam, uel perpendiculo ſuperior pingitur, ut hic F. Vel ab latere dextro, & ſic ſemper habet caudam, ut hic G.



VErum hæc priſca quorundam uſus corrupit, maximeq; Germania, quanquã apud eos cœnobia utcunq; antiquitatem ſeruãt. Denicq; hæ picturæ in cantorum nunc ſunt arbitrio, quo uix aliud hominum genus eſt moroſius.

De quinque detrachordis & tribus modulandi generibus, Caput V.

ADeò quondam ſimplex erat muſica, authore Nicomacho apud Seuerinum, ut quatuor neruis tota conſtaret: Idq; uſq; ad Orpheum durauit. Porrò tale ex quatuor chordis corpus, tetrachordũ appellabant. Deinde paulatim in pentachordon, hexachordon, hepta-

heptachordon, octochordon, enneachordon, decachordõ, hendecachordon, dodecachordõ, deniq; in decem ac quatuor chordas excreuit. Quibus deinde addita decima quinta chorda disdiapaſon impleuit, quę ideo προσλαμβανομένη dicta eſt, ut apud eundem Seuerinum lib. 1. cap. 20. diligenter excuſſum eſt. Sed tamen priſca chordarum in tetrachorda mãſit diuiſio, adeo ueterum ſimplicitas poſteritati alicubi placuit. Quare in toto huius ſcalæ ordine græco quinq; tetrachorda ponuntur, quorum ſingulorum ratio eſt ſeſquitertia, et conſonantiam habent diateſſaron, id eſt, quartam, mi la. Primum itaq; tetrachordon poſt proslambanomenẽ incipit, & eſt τῶν ὑπατῶν, id eſt, primarum uel principalium chordarum. Sunt aũt hę quatuor: ὑπάτη ὑπατῶν. παρυπάτη ὑπατῶν. λιχανὸς ὑπατῶν & ὑπάτη μεσῶν. In Guidonis uero ſcala, ♮. C. D. E. Secundum tetrachordum eſt τῶν μεσῶν, id eſt, mediarum, connexum priori, quippe quæ communem habent chordam. Itaq; huius quatuor hæ ſunt chordæ, ὑπάτη μεσῶν, παρυπάτη μεσῶν. λιχανὸς μεσῶν & μέση. Apud Guidonem, E. F. G. a. Tertium eſt τῶν συνημμένων id eſt, connexarum, habet autem has quatuor chordas, Μέσην. τρίτην συνημμένων. παρανήτην συνημμένων, & νήτην συνημμένων. Apud Guidonẽ, a b c d. Quartum τῶν διεζευγμένων, id eſt, diſiunctarum, neq; enim hoc cũ prioribus coniungitur, ſed à meſe tono diſtat. Cuius ſunt hæ chordæ: Παραμέση. Τρίτη διεζευγμένων. παρανήτη διεζευγμένων. νήτη διεζευγμένων. Apud Guidonem ♮ c d e. Quintum τῶν ὑπερβολαίων. id eſt, excellentium, communem cum precedente tetrachordo habens neruum. Eius hæ ſunt chordæ, νήτη διεζευγμένων. τρίτη ὑπερβολαίων. παρανήτη ὑπερβολαίων & νήτη ὑπερβολαίων. Apud Guidonem, e. f. g. Aa. Tertium ſanè tetrachordum ſynemmenon dictum, quod cũ meſe connexum ſit, ἀπὸ τοῦ συνάπτεσθαι, Corruptum nomẽ apud authores, ut apud Vitruuiũ lib. 5. cap. 4. Vbi συνέμμενον, legitur in uulgatis codicibus, pro συνημμένων. At contraria ratione διεζευγμένον dictũ quod à meſe tono ſe iungatur, ut diximus. Interpretatur & A. Gell. lib. 16. cap. 8. hæc ad eundem modũ. Νήτην autem quaſi νεάτην, extremam acutiſsimamq; tetrachordi uocarunt muſici chordam. Παρανήτην uero, quod iuxta νήτην ſit. Τρίτην uerò tertiam à nete. Μέσην deniq;, id eſt, mediam. Παραμέσην, id eſt, iuxta Meſen. Lichanon, id eſt, diſtinctiuam quod nomen ἐκ τοῦ λέγω Suidas deduci exiſtimat. Cum autem duo coniuncta tetrachorda non impleant diapaſon, idcirco ad duo infima tetrachorda, uidelicet μεσῶν ac ὑπατῶν annexus eſt tonus inferius, nempe ab hypate hypaton ad proslambanomenen, ad duo item ſuprema hyperbolæon ac diezeugmenon alter tonus à parameſe ad meſen, itaq; utrinq; diapaſon ſyſtema completum eſt, quæ ſimul cõnexa diſdiapaſon à proslambanomene ad netẽ hyperbolęon conſtituunt, maximum in muſica ſyſtema. Præterea in Guidonis ſcala numerus in medio poſitus, chordarum rationes explicat. Nam προσλαμβανομένη, ad meſen duplam

plam habet rationem, per hos numeros oſtenſam 9216. & 4608. Eandē & Meſe ad neten hyperbolæon his numeris, 4608. & 2304. Quare à proſlambanomene ad neten hyperbolæon ratio eſt quadrupla. Id in minoribus numeris, ut Typo quoq; adſcripſimus facilius uideri poteſt. Ipſe aūt Seuerinus tam magnis numeris utitur propter ſchiſmata Commatis partes, quod in poſterioribus, quando de toni partitione tractabimus, latius diſcutiemus. Cæterum haud ſum neſcius multis uideri, hunc chordarum ordinem à Guidone poſitum, inuerſum, ac prorſus cōtra naturalem cœli curſum, unde hęc formula deſumpta eſt, inſtitutum. Cum ſuperiora cœleſtium orbium corpora grauiorem ædant ſonū, quippe quæ maiora. Idq; etiam Diuus Seuerinus ubiq; in demonſtrationibus obſeruaſſe uidetur. Ad quę breuiter reſpondere poteramus, aliter alijs uiſum. Et corpora cœleſtia ſuperiora minorē ędere ſonum, quippe quæ uelocius moueātur, quę ratio fuit (ut idem Seuerinus lib. 1. cap. 27. tradit) M. Tullio Ciceroni de re pub. lib. 6. Quidam hæc, authore Ariſtotele, ut friuola ſomnia rident, Ego propter tot eximiorum authoritatem uirorū, quę de cœleſtiū Sphærarum ſono uel finxit, uel docuit antiquitas, neq; affirmaſſe, neq; refelliſſe uideri uelim, ſed quæ noſtro negotio magis neceſſaria ſunt perſequar. Siue igitur ea inuertas, ut grauiora ſint ſuperiora, nempe ut hypaton tetrachordon ſupremo cum proslābanomene ponamus loco, id quod Seuerinus aliquoties inſtituit, uel propter nomē ὑπατος, uel quod primis huius artis doctoribus ita uiſum. Nam & inſtrumenta multa uetera ut trichorda, tetrachorda, hexachordaq; etiamnum ita habent: Siue contra ordinemus, ut grauiora ſint inferiora, quemadmodū Guidonis ſcala depoſcit, & citharę nerui, organaq; noſtra ætate oſtendunt, certe ad rationem muſicam nihil referet, procedent enim nihilominus, quę hic demonſtrātur, omnia. Meo tamen iuditio hominis uox non à ſupremo, ſed ab imo frequentius orditur, quod de uocis firmitudine Rhetores præcipiunt, & ipſa magnorum oratorum exordia hoc indicant. Cuius rei uel Vlyſsis, contra Aiacē apud Ouidiū, oratio exemplo eſſe poteſt. Multa rudis adhuc uetuſtas inuenit, quæ poſteriores deinde emendarunt. At ſępius fieri uidemus, ut nō modo non recipiantur, quæ melius poſtea inueniuntur, ut etiam explodantur, adeò quæ mundus ſemel recepit mordicus tenet. Ideoq; lectorem minime turbari oportet ob hunc Guidonis ordinē, ſi antiquitati nō prorſus reſpondere uidebitur. Nos etiam hac de re poſtea plura dicemus. Idē admonēdum de tribus modulandi generibus, de quibus hodie unum in uſu habemus, atq; haud ſcio, an ea integritate qua olim fuit. Diatonicum, id eſt quod ſemitonio minore, tono ac tono incedit. Alterum chromaticum, quod ſemitonio minore, ſemitonio maiore, ac tribus ſemitonijs, ſiue, quod idem eſt, ſemiditono conſtat. Tertiū Enharmonium, quod diaſchiſmate

ſchiſmate ac diaſchiſmate (quam dieſin etiam uocat Boëthius) & ditono conflatur. Vocatur autem diaſchiſma dimidium ſemitonij minoris. Poſteriora igitur duo interiêre, quantũuis Seuerinus ac alij muſici de eis caue rint. Nec quiſquam mihi uiſus noſtra ætate, qui cantum aliquem ad ea di rigere uel poſsit, uel tentarit uerius. Nam res eſt non admodum difficilis, ſi quis ſemitonia inuenire queat, quod prompte ſciũt qui hodie organa diuidunt. Sed trium generum hic ſit Typus in tetrachordo ὑπατῶν, quando in omnibus tetrachordis eadem ratio.

	6144.		6144.		6144.	
B	Tonus	Hypate meſon.	Semiditonus	Hypate meſon.	Ditonus	Hypate meſon.
D	Tonus	Lichanos hyp. 7776.	Semitonium maius	Lichanos hyp. 7776.	Tonus	7776
C	Semitonium minus.	Parhypate hypaton. 8192.	Semitonium minus.	Parhypate hyp. 8192.	Diaſchiſma	Lichanos hyp. 7988.
					Diaſchiſma	Parhypate hyp. 8192.
♮	Hypate hypaton. Diatonicum,		Hypate hypaton. Chromaticum,		Hypate hypaton. Enharmonicum.	


Tetrachordum hypaton.

De uocum permutationibus per omneis claues, Caput VI.


MVtationem hic uocamus conſonam uocis in aliam uariationẽ. Voces autem (ait Franchinus) ipſas hexachordarum ſyllabas intelligo. Non igitur uox mutatur in uocem per intentionẽ aut remiſ-

miſſionem, ſed ſyllaba in ſyllabam. Ea autem de cauſa mutationem inuenê re Muſici, quod unica deductio, hoceſt, ſex ſyllabarum progreſſio, nõ ſufficit ad aſcenſum, ac deſcenſum quem habent cantilenæ. Ideoq; ſeptem deductiones hoc pacto diſpoſitæ ſunt, ut mutuis ipſæ ſe officijs leuent, atq; aliæ alijs ſuccenturient. Ita tamen ut uocibus obuiam ueniant uoces eiuſdem utraq; naturæ. Sic prima deductio in E la mi deſinit, ubi obuenit uox mi, eiuſdem cum la naturæ, diſtat enim ab ea quarta, diximus autem quartam quanq; uocem eiuſdem eſſe à quarta naturæ. Neq; uero uelim rem nõ admodum difficilem, tot præceptionibus confundi, ut uidere licet apud quoſdam noſtra ætate muſicos, monſtroſa propemodum præcipientes. Sed omnino mutationes fiunt, aſcenſu uocis ſuperioris in inferiorẽ, deſcenſu contrà inferioris in ſuperiorem. Vt in C fa ut, aſcenſu fa in ut, deſcenſu, ut in fa, ſic in D ſol re, ſol in re, & re in ſol. In E la mi, la in mi, & mi in la. In F fa ut prorſus ut in C fa ut.


Exempla clauium duarum uocũ




IN clauibus uero ternas habentibus uoces unica cantio eſt, ut diligenter inſpiciamus b fa ♮ mi clauem, ad eam ſanè omnia dirigẽda. Habet enim aliquando fa, quoties b tenue à marginibus pingitur, aliquando mi, cum nullum b adpingitur. Et ſecundum ea quidem neceſſe eſt reliquas diſponere uoces. Nam ſi aſcendas, ac in b fa ♮ mi claue mi canatur, in G accipiendum eſt Vt, non Re, quod Vt in deſcenſu, rurſus in ſol mutatur. Contra ſi in b fa ♮ mi canatur fa, tum eadem in claue G, re ſumendum, non ut. Idẽq; re in deſcenſu in ſol uertetur: Conſimili modo de a dicendũ. In ſuperioribus autem clauibus, d la ſol re, la habet, ſiquidem fa in b fuerit, Sol uero, ſi mi, in eadem. Pari modo de c conſiderandum. At dicet aliquis, unde ſciam quando fa, quando mi in b fuerit claue? aio muſicos noſtri ſeculi (quàm uetuſtus hic mos ſit, mihi parum liquet) conſueſſe b tenue ab cãtilenarum initio ponere, quoties fa cantandum in b claue, quoties uero mi, nihil nota reconſueſſe. Codicum autem errorem, modorum peritus facile pernoſcet, ſed id poſtea docebimus. Sint autem hæc exempla clauium ternas habentium uoces.



HÆc quidem exempla ſunt, ubi cantus eiuſdem eſt naturæ, & cantandi nulla difficultas. Cæterum aliquando qualitates cantuum permutantur, ut aſpero cantui mollis immiſceatur, quod Ambroſianos ſæpius feciſſe Franchinus teſtatur, & hodie uidemus in ijs canticis, quæ gradualia uocant, ubi aliquandiu inter c, ac, F, tertia diapente ſpecies fa fa canitur, deinde ad finem cantus quarta efficitur, ut ſol, mutatione mi in fa, in b claue. Eius hoc eſt exemplum.



ET ad euitandum tritonum, uno quidem ſaltu, in genere diatonico inauditum inſuauemq́, ſæpe eadem mi in fa permutatio contingat, neceſſe eſt, ut in his exemplis.




CÆterum qualia mox ſubnectemus, dura illa fugienda exiſtimo, & ad extremos Garamantas relegan da, niſi ſubſit certa ratio, quam in Gradualibus eſſe diximus. Sed ſint hęc Franchini exẽpla eam rem oſtendẽtia.


In



IN b fa ♮ mi autem fieri mutationem, cũ non ſit eadem uocum altitudo, plane ineptum eſt. Et cantus ita inſtitutus ut nullum ſit mutandi alibi quàm in b refugiũ & ipſe ineptus eſt, genus enim diatonicũ, quo ſolo nũc utimur, minime hoc patitur. Eſt huius etiam exemplum ex Franchino.




ILlud poſtremo notandum in longis ſaltibus ut octauis, ſeptimis, ſextis, nullam fieri mutationem. Item in quintis mi mi: fa fa. Nam hæ hexachordorum ordinem egrediuntur, ſed ſimpliciter uoces ſunt appræhendendæ, ut in clauibus inueniuntur. Exempla.



De clauium ſignatarum tranſpoſitione, Caput VII.


MOs hactenus apud Muſicos huius ſeculi manſit, ut nõ plus quinque lineis cantum notarent, ſæpius etiam quatuor. Atqui cantus has aliquando excedit. Ergo inuenta eſt tranſpoſitio per claueis, hæ enim in lineis mutantur, & ut ipſæ cedunt, ita cum eis notulæ uariant. Hic autem unicè hoc obſeruandum, ut reſpiciamus, qua in claue prior notula ſteterit, atque ex æquo, ubi poſterior. Deinde facta comparatione, diſtantia facile dinoſcetur. Vt ſi prior notula in F fa ut fuerit, poſterior uero in c ſol fa ut, certum eſt illas diſtare quinta. Cautius tamen agunt, quoties fieri poterit, qui à marginibus claueis tranſponunt. Nam ita abſq; errore cantantis ipſe cantus tranſcurritur. Eſt item noſtratium Muſicorum regula ad eam rem non inutilis, ſi quem non obtundat. Quantum

clauis(inquiunt)aſcendit, tantum notula deſcendit. Et contrà, quantum deſcendit clauis, tantum aſcendit notula. Quod planè de harmonia ſiue ſono, non de figuris intelligunt, hoc eſt, tanto altius preſsiùsue cani debere notulam. Porrò hæc nunc propemodum deſijt apud noſtros, malũt enim uel ſubijcere inferne, uel adijcere ſuperne lineam, quàm tranſpoſitionem facere. Nos autem tantillum dicere uoluimus, ſi fors alicubi obueniret, ut ſtudioſo non deeſſet, quod ad eam rem reſponderet diceretq;. Proinde exemplum unum ſubiungendũ, ſed duplici forma, altera ſimplici, ac cum lineis adiectis ſuperne inferneq;, altera tranſpoſitis clauibus, ut mos habuit ante aliquot annos, nec adhuc prorſus aboleuit. Eſt autẽ cantio hæc ad Ionicũ ſiue Iaſtium facta modum, nunc quintum uulgo, habens in medio quartã diapente ſpeciem, uidelicet, ut ſol, ſuperne tertiam diateſſarõ annectens ſpeciem, ut fa, inferne ſemiditonum. Cæterum à Ioanne Mouton Gallo Symphoneta noſtra ætate excellenti, per quàm eleganter quatuor inſtituta uocibus, à nobis ob initiantium profectum exercitiumq; ſimplex, ut primum eſt ædita, adducta. Sublata autem eſt à uetere Ionici loco, per quartã, ſedes enim eius propria erat, C. Sed nunc ob Synnemenõ tetrachordum in F etiam locum habere poteſt, ut pleraſq; eius generis cantiones hac ætate tranſpoſitas uidemus. Cauſa uero poſtea, cum de Modis agemus, plenius narrabitur. Carmen eſt Heroicum eius ſeculi quo plures fuêre Muſici q̃ Poëtæ. Quidam aiunt Hermanni Contracti eſſe inuentum, de quo ſequente libro plura. Denicq; hæc cantio, ſi in F ordiemur, ut nunc receptum eſt, ſex lineis continetur, quinq; autem ſpacijs. At ſi principium in C, ſumat, quod nunc aboleuit, quinq; lineis pernotabitur, adiecta unica ſuperne inferneq; notula.







genu iſti Natu ra miran te tu um ſanctũ ge ní=



torem. Vír go pri us ac poſteri us Gabrielis




ab o re Sumens illud A ue peccato rum mi=




ſerere Euouae.




A L ma Redẽptoris ma ter, quæ per=




uia cœli Por ta ma nens, & ſtel la ma



ris, ſuccure ca den ti, Surgere qui curat, Popu lo Tu



quæ genui ſti Natu ra miran te tuum ſanctũ geni to rem.




De interuallis muſicis & quomodo conſonantiarum ſpecies ſumendæ, Cap. VIII.

MAgnum hoc eſt negotium, & in quo maior muſicæ cogitationis eſt portio, utpote de elementis ac principijs huius diſciplinæ, quę nos tamen breuiter recenſebimus. Primum quid noſtra ętas de his præcipiat, deinde aliquam ſaltem priſcæ traditionis deguſtationem faciemus. Interuallum igitur, definitore Boëthio, eſt ſoni acuti grauisq; diſtantia, quemadmodum ut re, ut mi, ut fa, & cæ. Vtile autem fuerit, ſi interuallorum ſingulorum nomina aperiamus, & ſecundum nomina, quid unumquodq; eorum ſit, explicemus. Quindecim igitur ſunt interualla, quemadmodum noſtra ætate docent muſici. Vniſonus: Tonus: Semitonium minus: Ditonus: Semiditonus: Tritonus: Diateſſarõ: Diapente: Semidiapente: Tonus cum diapeute: Semitonium cum diapente: Ditonus cum diapente: Semiditonus cum diapente: Diapaſon: Semidiapaſon. Hi uniſonum ita interuallum uocant, ut Arithmetici monáda, numerum. Reliqua omnia bina, perfectum ac imperfectum, ipſa uoce ſemi non medietatem, ſed impefectionem notante. Compoſitio omniũ interuallorum ex tono, ac ſemitonio minore conſtat inter ſeptem eſſentialium clauium, ac ipſius Diapaſon limites manente theoria. Loquimur autem hic de genere diatonico, in quod non uenit Apotome, id eſt, ſemitonium maius. Sed de his poſtea clarius. Nunc ipſa interualla ordine recenſebimus.

Vniſonus

I.


VNiſonus eſt quando eadem uox iterum atq; iterum repetitur, ut ſi ſæpius ut ut ut, re re re, mi mi mi, & cæt. repetamus. Pſallendo ſanè hoc nunc in templis maxime utũtur, totus enim uerſus uniſonum habet, præter mediæ pauſæ unã alterámue notulas, et caudam, ut uocant, finalem.



Vniſonus

II.

TOnus, ſecunda perfecta, de proxima quaq; notula in proximam, uelut ex ut in re, ex re in mi, dem ptis dũtaxat mi fa ſimul connexis, hæ enim uoces non faciunt tonum, ſed minus quàm toni dimidium: At diuiſę inter ſe, ac cum alijs nexę, tonum non minus faciunt, quàm aliæ, ut mi cum re, fa cum ſol.



Tonus

III.


SEmitoniũ minus, ſecunda imperfecta, ex mi in fa, ut iam diximus. Porrò ex his duobus interuallis tono ac hemitonio minore, reliqua omnia conficiuntur, itaq; primum memoriæ commendanda, prę cipue minorum hemitoniorum loca. Nam ex eis, inter uallorum ſpecies potiſsimum ſumuntur.



Semitonium minus

IIII.


DItonus, tertia perfecta, ex duobus conflata tonis, eius duæ ſunt ſpecies, ex ut in mi, & ex fa in la. Hoc interuallo diſtant nete ac paranete in Enharmonico.



Ditonus

V.


SEmiditonus, tertia imperfecta ac mollior, ex tono ac hemitonio minore. Eius item duæ ſpecies, ex re in fa, & ex mi in ſol, hac etiã conſonãtia ſeparant nete ac paranete chordæ in chromate, ut antea diximus.



Semiditonus

VI.

TRitonus, quarta dura, & generi diatonico planè inepta, ex tribus tonis conſtat, quo uno ſaltu nemo in cantu utitur, ſed in ſecunda atq; tertia diapente ſpeciebus eſt, ſemitonio minore inferne ſuperneq; connexo, ab F fa ut in mi, quod eſt in b claue.



Tritonus

VII.

Diateſſaron, quarta mollior, & quæ omnibus modulandi generibus apta eſt, uidelicet qua omniū tetrachordorum extremæ diſtant chordæ, magnitudo uero hæc ex duobus tonis ac ſemitonio minore eſt, ut ut mediꝭ inſtituantur nerui. Tres eius ſunt ſpecies, ſecundum tria hemitoniorum loca, ex re in ſol. ex mi in la, ex ut in fa.



Διὰ τεσσάρων.
id eſt, ꝑ quatuor.

VIII.


Diapente, quinta perfecta ex tribus tonis ac hemitonio minore. Eius quatuor ſunt ſpecies ſecundum 4. hemitoniorum loca, re la, mi mi, fa fa, ut ſol: Videlicet quæ uel diateſſaron ſpeciebus addunt tonum, uel tritono hemitonium minus. Vix alia eſt conſonantia ſuauius in aure hominis tinniens, ſi ſuo ponatur loco.



Διὰ πέντε.
id eſt, per quinq;

IX.

Semidiapēte, quinta imperfecta, ex duobus tonis, totidēq; hemitoniꝭs minoribus, ut ſæpe ex E claue in fa quod eſt in b claue. Hęc in cantu non admittitur uno ſaltu, ſed continuato uel deſcenſu uel aſcenſu. Et cum ſit quinta, deficit tamen cōmate à tritono, & diateſſaron ſemitonio dúntaxat minore uincit.



Semidiapente.

X.


Tonus cum diapente (duobus hic nominibus, quemadmodum & in ſequētibus, unum circumloquimur interuallum) ſexta perfecta, ex quatuor tonis ac hemitonio minore, & hæc uno ſaltu uix admittitur, eſt enim oppidò quàm dura, hac inductiones ſuas Guido conſtituit.



Tonus cum diapente.

XI.

Semitonium cum diapente, ſexta imperfecta ex tribus tonis, & duobus hemitoniꝭs minoribus, quēadmodum mi fa ex E la mi, ad c ſol fa ut, & aliꝭs item ſimilibus locis. Hęc Phrygio modo per quàm familiaris, miram habet gratiam, ſi ſuo adhibeatur loco.



Semitonium cum diapente.

Ditenus

XII

DItonus cum diapente, ſeptima maior ex quinq; tonis, ac hemitonio minore, quemadmodum ut mi ex C fa ut ad b fa ♮ mi, & plæriſq; alijs locis, hæc uno ſaltu euitanda eſt, deficit à diapaſon ſemitonio minore, Superat ſemidiapaſon commate.



Ditonus cũ diapente.

XIII


SEmiditonus cũ diapente, ſeptima minor ex quatuor tonis, ac duobus ſemitonijs minoribus ut ex D ad c: Vel ex E ad d: Et hæc quoq; uno ſaltu raro eſt in uſu, deficit à diapaſon tono.



Semiditonus cũ diapente.

XIIII

DIapaſon omnium conſonantiarum regina, octaua perfecta ac integra, ex quinq; tonis, ac duobus hemitonijs minoribus. Eius ſeptem ſunt ſpecies, uide licet ex ſeptem maioribus literis ad ſeptem minores. Hæc conſonantia ex dia teſſarõ ac diapente commixtione fit, medioq; diuiditur per eaſdem bifariam. Aliquando enim diapente infra diateſſaron locatur, aliquando contra, diateſſaron infra diapente, prior diuiſio uocat' Harmonica mediatio à noſtræ ætatis Muſicis, poſterior Arithmetica. Cuius cauſa poſtea dicetur cum de Modis tractabimus. Sanè διὰ πασῶν dicta eſt, quod omneis eſſentiales (ut uocant) chordas cõprehendat. Quicquid enim ultra ſeptem claueis eſt, in priora recidit ut haud temere dictũ ſit uulgo, quod antea quoq; meminimus, de octauis idem eſſe iudiciũ.



διὰ πασῶν, id eſt, per omneis



Harmonica mediatio. Arithmetica mediatio.

XV

SEmidiapaſon, octaua imperfecta eſt, ex quatuor tonis ac tribus hemitonijs minoribus, eodem modo de litera ad eiuſdem ſpeciei literam, ſed ut mi contra fa ponatur, ſicut ex ♮ mi ad fa in b fa ♮ mi, hæc nuſquam inuenitur: Et cum dicatur octaua, deficit tamẽ, ut dictum eſt, commate à ſeptima maiore, hoc eſt à duodecimo interuallo, uidelicet à ditono cum diapente, cuius ſimile antea etiam de ſemidiapente ac tritono diximus.




Semidiapaſon.


Quare

Quare ſatis luculenter patet, dimenſiones haſce notularum ad oculos tantummodo in lineis eſſe, non æquo interuallo, ut capite ſecũdo obiter indicauimus. Porrò ſi ultra has iam enumeratas intercapedines alia eueniant interualla, facile ex his iam enumeratis iudicabuntur, componendo cum diapaſon tonum, ditonum & cætera, uſq; ad diſdiapaſon, quod maximũ eſt omnium phthongorum conſonantium ſyſtema.

Atq; hæc eſt noſtræ ætatis muſicorum præceptio, quam ut non prorſus friuolam, ita nec omnino abſolutam iudicamus. Volumus & ob rudium profectum uulgatam ſubnectere cantilenam, ad memoriam addiſcentium oppidò utilem, uidelicet quæ ea dũntaxat commemorat interualla, quæ in frequentiore ſunt uſu. Idcirco autem ter ternos ait modos, cũ tamen quindecim ſint interualla, quod neq; tritonum, neq; ſemidiapente, neq; ditonum cum diapente, neq; ſemiditonum cum diapente enumerat, ut quæ uno ſaltu prope in nullo ſint uſu, ſed neq; ſemidiapaſon, ut quæ prorſus euitanda. Vniſonum numerat quidem, ſed interuallum eſſe non putat. Impropriè autem modos uocat interualla, cum Modi ſint, quos noſtra ætas tonos uocat, quanquam etiam hoc ipſum impropriè, cum toni uox ſi perfectæ ſecundæ data, ut ſatis ex ſuperioribus liquet, à perfecte ſonando appellata, ut nonnulli tradiderunt.




Tet terni ſunt modi, q̃bus omnis cantile na contexit: Scilicet Vniſonus, Semitoniũ, Tonus, Semiditon⁹, Diton⁹, Diateſſaron, Diapẽte, Semitoniũ cum diapẽte, Tonus cũ diapente. Ad hos ſonat Diapaſon.



Si q̃ẽ delectat pſallere, hos modos eſſe cognoſcat. Euouae.

Species

SPecies uero interuallorum, authore Cleonida in harmonico introductorio, potiſſimum ſumuntur ex uario hemitoniorum poſitu, ut in Diateſſaron prima ſpecies re ſol, ſemitonium habet in medio: Secunda mi la, in principio, tertia ut fa, in fine. Ita diapente prima ſpecies ſemitonium habet loco ſecundo. At ſecunda, primo: tertia, ultimo: quarta, tertio loco. Diapaſon uero ex diateſſaron atq; diapente ſpeciebus conflata, eodem modo bina in ſeptem ſuis ſpeciebus uariat hemitonia. Vbi generalis eſt canon Omne interuallum unam ſemper minus habere ſpeciem quàm ſit numerus phthongorum, quod Diuus Seuerinus lib. 4. cap. 13. his uerbis aſſerit. Conſonantiarum, inquit, ſemper una minus ſpecies erit, quàm fuerint uoces, ita diateſſaron, quæ quatuor habet uoces, treis habet ſpecies, Diapente quinq; uoces, quatuor ſpecies, Deniq; diapaſon octo uoces, ſed ſeptem ſpecies, quæ ut liquidius appareant, hoc typo oculis ſubiicere placuit.



3. diateſſarõ ſpẽs. 4. diapẽte ſpẽs. Septem Diapaſon ſpecies.


Quid phthongus, conſonantia, & diſſonantia, tum conſonantiarum ſpecies quot apud priſcos, quot apud neotericos, Caput IX.

SEuerinus libro primo cap. 8. Phthongus, inquit, eſt uocis caſus emmeles, id eſt, aptus melo in unam intenſionem. Alij phthongum definiunt, unam quandam minimam partem meli. Alij nerui unius certum quendam ſtrepitum. Nonnulli ſonum, unum & eundem tenentem tonum, ut Ptolemæus. Sanè ſicut numeri, unitas: lineæ: punctum, et momentum temporis: ita harmoniæ principium eſt phthongus, uox quidem indiuidua, elementi hoc in negocio fungens uice, ex quo omne melos conſtat, & in quem reſoluitur. Emmeles uero phthongi ſunt, qui inuicem uocem reddũt auribus aptam: quod ſi contra, ecmeles uocantur. Conſonantia uero apud eundem Seuerinum definitur, acuti ſoni, grauiſq; mixtura, ſuauiter uniformiterq; auribus accidens. Idem conſonantia eſt,


tia eſt (inquit) diſſimilium inter ſe uocum in unum redacta concordia. Sunt, qui putent Seuerinum illic Platoni, hic uero Nicomacho aſſenſum. Plato enim apud eundem hoc modo fieri in aure conſonantiam dicit. Neceſſe eſt, inquit, uelociorem quidem eſſe acutiorem ſonum, hic igitur cum grauem præceſſerit, in aurem celer ingreditur, & iam laſſior factus, quaſi pulſus, iterato motu reuertitur grauior, & proinde cum graui mixtus, ſimilis occurrit, unamq; conſonantiam miſcet. Sed id Nicomachus non arbitratur dictum ueraciter. Neq; enim ſimilium eſſe conſonantias, ſed diſſimilium potius in unum, eandemq; concordiam uenientium, grauem uero ſi graui miſceatur, nullam facere conſonantiam: Quoniam hanc Phthongorum concordiam ſimilitudo non efficit, ſed diſſimilitudo. Atq; ſic ipſe conſonantiarum naturam inueſtigat. Si nanq; duo nerui diſſimiles pulſantur, ſoni illi ſibi obuiam fiunt: quod ſi commenſurabiles fuerint, hæc ipſa cõmenſuratio ſibimet miſcetur, unamq; uocum conſonantiam facit: Dũ uero incommenſurabiles, & ſimul pulſis ſibi quiſq; ire cupit, tunc diſſonantiam fieri neceſſe eſt. Hinc & Diſſonantiam definit Seuerinus. Diſſonantia, inquit, eſt duorum ſonorum ſibimet permixtorum ad aurem ueniens aſpera atq; iniucunda percuſſio: Nam dum ſibimet miſceri nolunt, & quo dammodo integer uterq; nititur: cúnq; alteri alter officit, ad ſenſum uterq; inſuauiter tranſmittitur.

Mirum uero quàm non conuenit ætati noſtræ, cum antiqua traditione de conſonantiarum numero, uix enim ultra ſex nominatas apud probatiſſimos quoſq; authores ueteres reperias. Seuerinus ipſe li. 2. cap. 16. & ſequẽtibus duobus cap. ubi de conſonantiarum ordine diſputat, quinq; dúntaxat numerat. De quarum ratione paucula ſubiungere placuit, ut & iuuentus aliquid de his guſtet. Pythagorici itaq; Diapaſon omnium conſonantiarum primam dicebant, ac in dupla ratione eſſe, uel ut 12 ad 6: uel 24 ad 12: Diapẽte uero cũ diapaſon in tripla, ut 18 ad 6: uel 14 ad 8: Diſdiapaſon in ratione quadrupla ut 24 ad 6. Poſt has Diapente in ſeſquipla, ut 9 ad 6: 12 ad 8. Vel 18 ad 12. 24 ad 16. & diateſſaron in ſeſquitertia, ut 8 ad 6. 12. ad 9. Vel 16 ad 12: 24 ad 18. Hæ ſunt quinq;, de quibus Seuerinus differit, conſonantię. His adiicitur Tonus, non ob id tamen conſonantia, ut idem ait lib. 1. cap. 16. Qui eſt in ratione ſeſquoctaua, ut 9 ad 8. & 18 ad 16. Vt hoc exẽplo patẽt omnia, numeris rationũ ac literis clauiũ ex Guidonis ſcala adiectis.


Et hæc




ET hæc quidem priſcorum uirorum eſt traditio, cuius hic tenuem degustatiunculam adpoſuimus. Noſtra uero ætate, quem ueterum quidam poſuerunt, Tonus ex conſonantiarum numero excidit, nec admittitur, niſi in Syncopis, ut uocant (nam id nouæ rei nouum eſt nomen) ubi tamen non auditur, ut in hoc concentu Cõtratenoris ante penultimæ notulæ dimidium, cum penultima Tenoris conſiſtit.




Diateſſeron etiam reiicitur, niſi ſubtentam habeat, uel diapente, uel ditonum ſemiditonúmue. Cuius ex Franchino hoc ſit exemplum.



Et adhuc ſim plicius hoc exemplū eſt.



CONſonantiarum autem ordinem ita diuidunt Neoterici, ut aliæ ſint perfectæ, aliæ imperfectę conſonãtiæ: Reliquæ intercapedines omnes diſſonantiæ potius appellandæ. Perfectæ ſunt quinq; : Vniſonus, diapente, diapaſon, diapente cũ diapaſon, ac diſdiapaſon, uel, ut nunc loquimur, Vniſonus, quinta, octaua, duodecima, ac decimaquinta. Quæ in menſurabili cantu binæ eiuſdem ſpeciei nunq; ſeſe ſequuntur, cæterum cantum, tanq; uocibus labore feſſis, ac in pacatum tranquillumq; receptis, plærunque claudunt. Imperfectæ ſunt quatuor, tertia, ſexta, decima, ac decimatertia, quas neſcio an apud ueteres uſpiam reperias. Sunt autem ad fugam in uocibus duabus ſimul colludentibus aptiſſimæ, multumq; habent gratiæ, ſi in perfectas tandem finiant conſonantias, ac uelut auiæ relabantur. Præterea inuentæ ſunt, poſtquam uoces quaternæ ſimul inſtitutæ, ut certè tædium ex iteratione perfectarum conſonantiarum natum, leuarent. Plura de his dici poterant, ſed alterius negotij hoc eſt. Diſſonãtiæ, quæ auditum uehementer turbant offenduntq;, ſunt ſex, Secunda, quarta, ſeptima, nona, undecima, ac decimaquarta. Loquimur autem de interuallis quæ intra diſdiapaſon limites continentur. Nam quæ ultra eueniunt intercapedines, ueram Phthongorum craſin ac commixtionem non habent, etiamſi aliquæ conſonent, ut decimaſeptima, decimanona, ac uiceſima, quarum triũ mediã inter perfectas numerant conſonantias, extremas inter imperfectas: Et decimamſeptimam noſtra ætate doctiſſimi Symphonetæ ſæpius uſurpant, rarius autem decimamnonam ac uiceſimam, imò, quantum ego iudico, magis hac de cauſa aliquando adſciſcũt, ut in ſublimi celſiſſimæ uelut colludent uoces, quàm ut conſtet concentus ratio, atque ſonorum uera cõmixtio, Sed omnium harum ſit hæc deſcriptio.



Quinq; cõſonantiæ pfectæ. Quatuor impfectæ Sex diſſonantiæ.


Deton

De toni partitione eiuſque partium definitione, Caput X.

QVando autem octauo capite cõmatis, in ſuperioribus etiam ſæpe hemitoniorum mentionẽ fecimus, operæ pretium eſt ut nũc hæc, quemadmodum antea promiſimus, clarius explicemus. Toni igitur partitionem, ut eſt apud Diuum Seuerinum, breuibus uerbis, nudiſq; deſcriptionibus ponamus. Demonſtratum ſanè eſt certis rationibus apud muſicos, tonum in duo æqua diuidi non poſſe, propterea quod nulla ſuperparticularis ratio, in quo & tonus eſt, in duo æqua diuidi poſſit, ut luculenter idem oſtendit libro tertio ab initio. Tonus itaque in ſeſquioctaua ratione conſtitutus, in maius minusq; ſemitonium diuiditur. Græci maius ſemitonium Apotomen uocant, minus uero Dieſin ſiue Lemma. Diuiditur autem minus ſemitonium in duo diaſchiſmata. Exceſſus uero, quo maius ſemitonium uincit minus, uocatur comma, quod & ipſum in duas parteis diuidunt, quæ ſchiſmata uocat Philolaus apud Boëthium. Idem Philolaus apud eundem, harum partium omnium definitiones ponit. Dieſis (inquit) eſt ſpacium quo maior eſt ſeſqui tertia proportio duobus tonis. Comma uero eſt ſpacium quo maior eſt ſeſquioctaua proportio duabus dieſibus, id eſt, duobus ſemitonijs minoribus. Schiſma eſt dimidium cõmatis. Diaſchiſma uero dimidium dieſeos, id eſt, ſemitonij minoris. Hæc ille, ex quibus definitionibus, ac item ex Typo ſequenti, facile eſt colligere in quot diaſchiſmata, reliquaq; minutiora ſpacia Tonus diuidatur. Nam multis id modis fieri poſſe idem Boëthius oſtendit lib. 3. cap. 8. unde nos hæc deſcripſimus. Noſtri inſtituti nõ eſt extrema quæq; huius artis perſequi, ſed ea dũntaxat, quę magis uiſa ſunt neceſſaria. Itaq; ea oculis ſubijcimus, demonſtrantes quia ita ſe habent, propter quid uero ita habeant, altioris eſt negotij. Hoc tamen hic conſiderandum Dieſeos appellationem hoc loco propriam eſſe, cum uero pro diaſchiſmate uſurpatur, ut in Enharmonico ueteres nominarunt, impropriam.

Dodecachordi

Sed nunc Typum ſubijciamus.



Ἀποτομὴ in fig. Semitonium maius. Δίεσις, id eſt, Semitonium minus.

SIt a ♮ tonus. ♮ d, uel fa ſemitonium minus, ſiue, ut Græci uocant, authore Boëthio libro 2. cap. 27. λεῖμμα ſiue Δίεσις. ♮ f. uel d a ſemitonium maius, quod græcè Ἀποτομὴ dicitur. ♮ c & c d: item f g, & g a, diaſchiſmata, partes Dieſeos. d f Comma, cuius partes duo ſchiſmata d e & e f. Sed hæc ad uſum noſtrum oſtendenda ſunt. Sit a μέση ſiue a la mi re. f uero πρίτη συζύγων μιζόνων, ſiue fa in b fa ♮ mi. ♮ ſit παραμέση, uel mi in b fa ♮ mi. Vox igitur re in a la mi re diſtat à fa in b fa ♮ mi hemitonio minore, à mi autem in eadem clauue tono. Sequitur ergo ut duæ uoces in b fa ♮ mi, quæ eiuſdem uidentur clauis, plus inter ſe diſtent quàm ab extremis, hoc eſt, ſupernè inferneq; à uicinis clauibus, uidelicet mi à c ſol fa ut, et fa ab a la mire. Ipſę enim inter ſe ſemitonio maiore ſeparantur, ab externis autem utrinq; minore dúntaxat ſemitonio, quapropter haud quaquam aſpernanda eſt huiuſmodi Theoria. Cæterum id haud ſilentio tranſmittendum quod idem Seuerinus libro 3. capite 14. & 15. docet. Semitonium minus non prorſus 4. haberre commata, ſed tria ſuperare. Ita ſemitonium maius non prorſus habere 5. commata, ſuperare 4. Indeq; factum, ut tonus ſuperet octo commata, nonum nõ impleat.


De octo

De octo Modis muſicis noſtræ ætatis præceptio, Cap. XI.

VIx aliam Muſices ullam partem æquæ dignam relatu, æque neceſſariam, denique æque iucundam exiſtimamus, atque ea eſt, quã nunc dicturi ſumus, de Modis muſicis tractatio. Quippe quæ naturæ humanæ adeò conuenit, ut haud abs re multis hominibus innata uideatur, nec modo ad omnem cantum dijudicandum utiliſſima, ſed etiam ad Poëtarum carmina modulanda, multoſque in eximijs authoribus intellígẽdos locos aptiſſima. Ideoque omneis ſtudioſos plurimum hortamur, ut hic acriter animum intẽdant, percepturi fructum, cuius profecto nunquam pœniteat, poſtquam hæc penitus perſpecta habuerint. Sed nũc inſtitutum ipſum aggrediamur.

Modi muſici nihil aliud ſunt quàm ipſius Diapaſon conſonantiæ ſpecies, quæ & ipſæ ex uarijs diapente ac diateſſaron ſpeciebus conflantur, ut ſupra de interuallis diximus. Quare ſi quis ea, quæ ibi tradidimus, bene perſpecta habuerit, nullo negocio modorum naturam pernoſcet. Quanquam nos alias quoque agnitiones poſtea docebimus. Sed nunc more noſtro primum, quæ noſtra ætate muſici docent, exequemur: Deinde priſcorum traditionem altero uolumine ſubnectemus, ut quàm hæc noſtra ad illam ueterum congruat, quiuis facile uidere queat. Inter quatuordecim igitur modos, qui ex ſeptem diapaſon ſpeciebus naſcuntur, noſtra ætas octo dũtaxat nouit, etiamſi tredecim, alijs perpetuo, alijs rarius utatur, ut poſtea declarabimus. Nec illos octo tamen uera ratione diſcriminat, nec certis legibus, ſed regulis quibuſdam οὐδὲ καθολικῶς, οὐδὲ πρὸς ἔπος circumſcribit. Tonos item nominat, tam conſtanti pertinacique appellatione, ut, niſi etiam nos ita loquamur, uideamur quibuſdam muſices ignorare principia. At ea de re cum nemine certauero, mihi ſanè placet, ut modos uocemus, quemadmodum ueteres omnes appellarunt. Videri tamen poteſt tonorum appellatio Boëthij tempore nata. Ipſe enim libro quarto capite decimo quarto ita inquit: Ex diapaſon igitur conſonantiæ ſpeciebus exiſtunt qui appellantur modi, quos eoſdem Tropos uel Tonos nominant, quibus uerbis non admodum probare uidetur hanc innouationem. De octo autem modis noſtri præceptiones ita ordiuntur. Modorum alij, inquiunt, ſunt de numero impari, ut Primus, tertius, quintus, & ſeptimus. Alij de numero pari, ut ſecundus, quartus, ſextus, & octauus: Illos authentas, hos uero placaleis uel ſubiugaleis uocãt, Græci plagios, quod nos ſequemur, appellant. Omnes autem diapaſon ſpecie conſiſtunt: ſed hoc diſcrimine, quod qui de impari numero ſunt, totã diapaſon ſupra chordã finalem habent, qui uero de pari

numero, diapente quidem ſupra finalem clauem, diateſſaron autem infra eandem conſtituunt. Pro cuius rei memoria Verſiculū hunc ſubnectūt. Vult deſcendere par, ſed ſcādere uult modus impar. Itaq; καθολικῶς uerum eſt quod à muſicis omnibus præcipi ſolet, omnium modorū finem in infima diapente chorda ſtatui. Sunt autem hę claues ſiue chordæ finales D. E. F. G. dictæ, q̄d in his omnis cantus non anomalus, nec trāſpoſitus, ſuū ſortitur finem. Singulis autem his chordis bini accōmodandi ſunt modi, & primę quidem D, primus ac ſecūdus: E, tertius & quartus: F, quintus & ſextus: G, ſeptimus & octauus. Primus itaq; modus eſt ex D magno ad d paruum. Tertius ex E magno ad e paruum. Quintus ex F magno ad f paruum, Poſtremo ſeptimus ex G magno ad g paruum. Cum his autē placales communes habent diapente, ſupra finalem clauem, at diateſſarō ſub eadem. Sic ſecundus modus eſt ex A magno ad a paruum: Quartus ex ♮ magno ad b paruum: Sextus, ex C magno ad c paruū. Octauus denicq; ex D magno ad d paruum, ut primus, à quo natura ſyſtematis nō differt, ſed illud inuertit, diapente ſupra diateſſaron collocans. Eſt autem horum hæc deſcriptio.



Quidam etiam quartas ac quintas omnium modorū per uoces diſcriminant, non inutili me hercule ad memoriam inuento, cæterum ſupernè appellatione cœpta, in imparibus diateſſaron prius nominant, poſterius uero diapente. Contra in paribus prius diapente, poſterius diateſſaron, ad hāc formam. Primum modum, ſol re, la re: Secundum, la re, ſol re: Tertium, la mi, mi mi: Quartū, mi mi, la mi: Quintum, fa ut, ſol ut: Sextum, ſol ut, fa ut: Septimum, ſol re, ſol ut: Octauum, ſol ut, ſol re.

Define

De fine cantuum in Modis,

Caput XII.

DE fine autem cantilenarum in omnibus modis, ĩdem ita præcipiunt: Omnis cantus desinit aut in re, aut in mi, aut in ut, & in ut quidem uel connexo, uel disiuncto. Connexum appellant, quod fa habet in b fa ♮ mi, Disiunctum quod mi. In re finiuntur cantus primi atque secundi modorum: in mi, tertĩj ac quarti: in ut connexo, quinti & sexti, ut nunc utũtur: Disiũcto, septimi & octaui. Quisquis igitur diapason species probe pernoscet, facile cuiusuis modi cantum dĩjudicabit. Quod ideo libenter toties inculcamus, quoniã cantus positionibus uariantur. Quamuis enim primi ac secundi modorum sedes sit D sol re, tamen sæpius etiam G sol re ut, præsertim in quatuor uocum cantilenis, non tamen absq; fa in b claue. Quod fit, ut ima uox, quæ cum media octauam sonat, intra Guidonis scalam permaneat. Et quanq; id necessarium non est, tamen quorsum attinet extra uagari uoces, cum in scala commode locari possint? Aliquando etiam alamire, sed dũntaxat in cãtibus quæ diapente non egrediuntur, alioqui neq; primus modus supernè, neq; secundus infernè suam diatessaron seruarint, deniq; la mi, pro sol re eueniet, contra horum modorum naturã. Ecclesiastici sanè in transponendis cantilenis immodica utuntur licentia, qua utiq; carere poterant. Quid enim necesse est propter unam, alterámue fictam uoculam totum trãsponi cantum? præsertim cum hæ consuetudine magis quàm ratione introducantur. Item tertius & quartus in E fines suorum cantuum habent, poterunt tamem etiam in alamire, si fa in b fa ♮ mi cecinerîmus: At in b claui non poterunt, ut maneat systematis natura, quanq; hoc quidã scripserunt: Quintus & sextus, quibus nunc utimur, in utroq; Cc, ubi olim sedes propria illorum fuit, nũc uero Ffaut. Septimus & octauus nusq; cõmodius quàm in G sol reut, quanq; etiam in c paruo, sed cum fa in b claue. Vnde quidam καθολικῶς canonem prodiderunt, Omnem modum posse in quinta supra finalem clauem, aliam habere finalem, quã finalem appellant. Verum illud prorsus in nullo modo uerum est, ubiq; enim diatessaron repugnat. Atqui hic erat uerus canon, ac magis ponendus: In quarta quaque claue per diatessarõ cuiusuis modi cantum supra finalem finiri posse, siquidem fa in b claue fuerit, & de primis quidem duobus iam ostendimus. De tertio uero ac quarto ex typo præcedente satis constat. Manebit enim ex mi in E magno ad la in aalamire idem duorũ systema, quod est ex mi in ♮ magno, ad la, in e paruo. Quintus & sextus etiamnum trnspositi per diatessaron uulgò habentur. Vera alioqui ipsorum sedes erat C ut diximus.


Deſeptimo & octauo idem dico q̃d de tertio ac quarto. Et Iodocus à Prato in Miſſa de noſtra domina Dei genitrice cantionem: Sanctus, quę eſt octaui modi, haud obſcure in c paruum emouit, non abſq; fa in b claui.

De uulgari modorum agnitione,

Caput XIII.

POterunt & cantus notitia quadam à poſteriore, ut Philoſophi loquuntur, pernoſci, regulis quibuſdam leuioribus, ac omnino uulgatis, quæ tamen, quod iuuant memoriam, atque à non indoctis huius artis præceptoribus traditæ ſunt, non omittendæ uidentur. Sunt autem huiuſmodi: Cantilenæ primi modi frequenter ex re in la ſaliunt. Exempla ſunt: Gaudeamus omnes. Salue regina. Aue maris ſtella. Secundi ex re in fa. Exempla: Salue ſancta parens. Terribilis eſt. Emendemus in melius. Tertij ex mi in fa, quod ab eo diſtat ſexta, ut in Pange lingua. Diſcubuit Ieſus. Omnia quæ feciſti nobis domine. Quarti ex mi in la. Exempla: Tota pulchra es. Reſurrexi. Spiritus ubi uult ſpirat. Quinti ex mi in ſol. Exempla: O ſacrum. Regnum mundi. Illuminare Hieruſalem. Sexti ex fa in la. Exempla: O quàm admirabile. Homo quidam fecit. Septimi ex ut in ſol. Exempla: Puer natus eſt nobis. Viri Galilæi. Summæ Trinitatis. Octaui ex ut in fa. Exempla: Veni ſancte Spiritus. Spiritus domini. Veſpere autem ſabbati. Pro memoria etiam adijciunt hæc incondita uelut carmina, neutiquam reijcienda.

Pri. re la. Se. re fa. Ter. mi fa. Quart quoq; mi la.
Quint. mi ſol. fa la Sext. Sept. ut ſol. Oct. tenet ut fa.




Vt autem hæc luce clarius appareant, adijciendæ ſunt formulæ omniũ modorum ex Franchino Laudenſi haud unquam mihi abſque honoris præfatione nominando, qui proxime Ambroſianam modeſtiam per hoſce modos acceſſiſſe uidetur. Sunt autem huiuſmodi formulæ, quæ & principium, & medium, & finem luculenter oſtendunt, & ad cantilenarum iudicium plurimum conferunt.

Almepater




Alme pater Ambroſi noſtras p̃ces audi, CHRISTE exaudi nos.




In honorē apoſtolorum fabricauit Baſſianus Domino tēplū nouū.




Baptizat Auguſti. ſacerd. Ambroſi9, ſtatī ābo modulāt Te Deū laudam9.



Marcellin9 ſacerdos, Petrus exorciſta martires Chriſti ītercedāt, p nobis.




Precib9 et meritis beati Blaſij martyris defēde nos de9 ab oīmi malo gutturis.



Sancte Eraſme martyr inclyte funde p̃ces ad Dn̄m noſtra pro ſalute.



Prothaſiū et Geruaſiū eadē fides et paſſio uere fecit eſſe Germanos.



O uirgo uirginum MARIA, ſtella maris, ſuccurre nobis miſeris.

De modorū


De Modorum expatiatione ac permixtione, Caput XIIII.

PRincipio cantilenæ adeò ſimplices fuêre apud primores Eccleſiæ, ut uix diapente ἄρσεως καὶ θέσεως, Vel (ut alij loqui malunt) προλήψεως καὶ ἐκλήψεως, hoc eſt, aſcenſu ac deſcenſu implerent. Cui cõſuetudini proxime acceſsiſſe dicuntur Ambroſiani. Deinde paulatim ad Diapaſon deuentum, uerum omnium Modorum ſyſtema. Porrò deinde, ut alijs in rebus fieri ſolet, ne his quidem permanſêre limitibus, ſed ſupernè in ferneq; illam exceſsêre, ut id paſſim uidere licet. Quare non inepte, meo quidem iudicatu, Modi ipſi intra Diapaſon limites incedentes ſimilimũ quid dam, cum flumine intra aluei ripas labente obtinere uidentur, ut enim flumen uel calore, uel alia de cauſa imminutum non ſemper implet alueum, nõnunq; uel niue uel imbribus auctũ etiam egreditur, ita Modi ipſi, quoties forte Phonaſcis placuit, Diapaſon nõ ſemper implent, nonnunq; pro cantus qualitate etiam ſuperant atq; egrediuntur. Ad Diapaſon autem eccleſiaſtici cantus Modis imparibus frequenter adijciunt infernè tonum, ut patet in primo ac ſeptimo. Tertio nonnunquã Ditonum. Quinto uero ſemitonium minus. Contra uero, paribus ſupernè tonum, ut ſexto ac octauo. At in ſecundo ſemitonium, ſed rarius, in quarto autem idem frequentiſſime ut patet in plæriſque eius Modi cantibus, & Threnis Hieremiæ ad eũ ipſum Modũ cõpoſitis. Nõnunq; connectuntur duorum Modorum ſyſtemata. ut primi & ſecundi in cantico Victimæ paſcali laudes, ubi primus uerſus diapente habet, re la, communem duobus Modis. Secũdus autem uerſus ac tertius eiuſdem proſæ, initio ſtatim, primi Modi diateſſaron habent re ſol, cum ſequentes continuo duo uerſus itidem ab initio habeant, ſecundi Modi diateſſaron re ſol. Duo item ultimi, ut ſecundus ac tertius, rurſus primi Modi diateſſaron, omnes tamen diapẽte habent, re la, duobus, ut diximus, Modis communem. Tertij autem ac quarti Modorum ſyſtemata connexa ſunt in Antiphonis, Pulchra es amica mea. Quinti uero & ſexti ueterum, qui mi in b claue habebant, in harmonia qua paſſionem dominicam magna Germaniæ pars decantat & Galliæ ad Rhenum. In ea enim diapente tertiam ſpeciem fa fa duobus communem Modis Euangeliſtes obtinet, ut narrationi aptam. Superiorem uero diateſſaron, ũt fa, Iudæi, & alij à CHRISTO loquentes, inferiorem ipſe CHRISTVS. At quinti & ſexti recentium, qui fa habent in b claue, in Proſa: Aue præclara maris ſtella. Porrò ſeptimi ac octaui in proſis: Lauda Sion Saluatorem. Et: Benedicta ſit ſancta Trinitas. Denicq; fermè Antiphona, quæ ex Salomonis cãticis deſumpta ſunt, multæq;, quas poſt Alleluia Germani cantant,

cantant, proſæ, permixtos habent Modos. Sed de his libro ſequente copioſius dicturi ſumus. Quoties igitur duorum Modorum ſyſtemata cõnectuntur, dicuntur permiſceri Modi, quos quidam plagijs aſſcribi putant. At ego duorum Modorum naturam inſpiciendam puto, permixtos enim Modos, inficias ire nemo poteſt.


De modorum uſu in cantantium Choro, Caput XV.

NVnc quod ad uſum attinet, præcipue uero in Choro cantantiũ, hoc in primis conſyderandum, Quo intonationibus ſiue Modorum formulis facilius aſſueſcere iuuentus poſſit, uerſuum fineis (Euouae appellant) firma tenendos eſſe memoria. Nam his perceptis, & comparatione facta ad Antiphonorum initia, interuallum iudicandum eſt, atq; ita cantus exordiendus. Adiuuabit autem & hunc conatum ipſa natura, ſcilicet, cui non eſt omnino hebes ingenium. Formulæ ipſæ apud diuerſos aliæ atq; aliæ reperiuntur. Nobis nudæ proponendæ ſunt uiſæ, neque de ijs cum quoq; depugnabimus, quippe quæ res propémodum ſit arbitraria.



Quando autem, quod hactenus de Modis docuimus, aliorum eſt, non meum præceptum, age proſequamur reliqua quę huius ſunt negotij, nempe omnium Modorum formulas, tum in integris, tum in corruptis, ut uocant, hoc eſt, & minorum, & maiorum pſalmorum intonationes, deinde Reſponſoriorũm ac Introituum uerſus ſubiungamus, quod à Franchino quoque, quãquam alio modo, obſeruatum uidemus. Qua in re etiam hoc cauimus, ut in medio uerſuum luculentum eſſet omnium Modorũ diſcrimen, ad euitandam, quæ ſæpius accidere ſolet inter cantantes cõfuſionem.

Intonationes Pſalmorũ minorũ.




Dixit dñs dño meo, ſede à dextris meis. Credidi, ppter q̃d locutus ſum.


Dixit




Dixit dñs dño meo, ſede à dextris meis. Credidi ꝓpter q̃d locutus ſum.




Dixit dñs dño meo, ſede à dextris meis. Credidi ꝓpter q̃d locutus ſum.




Dixit dñs dño meo ſede à dextris meis. Credidi ꝓpter q̃d locutus ſum.




Dixit dñs dño meo, ſede à dextris meis. Credidi ꝓpter q̃d locutus ſum.



Dixit dñs dño meo, ſede à dextris meis. Credidi ꝓpter q̃d locutus ſum.



Dixit dñs dño meo, ſede à dextris meis. Credidi ꝓpter q̃d locutus ſum.




Dixit dñs dño meo, ſede à dextris meis. Credidi ꝓpter q̃d locutus ſum.

In integris. In corruptis.

Intonationes Pſalmorum

Maiorum.



Magnificat anima mea Dñm. Benedictus dñs Deus Iſraél.

Magnificat




Magnificat anima mea Dñm. Benedictus dñs Deus Iſraél.



Magnificat anima mea Dñm. Benedictus dñs Deus Iſraél.



Magnificat anima mea Dñm. Benedictus dñs Deus Iſraél.



Magnificat anima mea Dñm. Benedictus dñs Deus Iſraél.



Magnificat anima mea Dñm. Benedictus dñs Deus Iſraél.




Magnificat anima mea Dñm. Benedictus dñs Deus Iſraél.




Magnificat anima mea Dñm. Benedictus dñs Deus Iſraél.

Reſponſoriorum uerſus.




Gloria Patri, & Fi li o, & Spiri tu i San cto.



Glo ria Patri, & Fili o, & Spiri tu i Sancto.
Glori a Pa tri, & Fili o, & Spiri tu i-
San cto.
Gloria Patri & Fili o, & Spiri tu i San cto.
Gloria Patri, & Fili o, & Spiri tu i San cto.
Gloria Patri, & Fili o, & Spiri tu i San cto.
Glo ri a Patri, & Fili o, & Spiri tu i San cto.
Gloria Patri, & Fili o, & Spiri tu i San cto.

Eructauit


Introituum uerſus.




Eructauit cor meũ uerbũ bonũ, dico ego opera mea regi.




Sentiãt omnes tuum leuamen, quicunq; celebrãt tuã commemorationem.




Benedic anima mea Dño, & omnia quæ intra me ſunt nõi ſãcto eius,



Attendite populemeus legẽ meã, inclinate aurẽ ueſtrã in uerba oris mei.



Beati immaculati in uia, Qui ambulant in lege Dñi.




Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris faciẽtes iniquitatem.



Cantate Domino canticum nouum, quia mira bi li a fe cit.



Confirma hoc Deꝰ q̃d operatus es in nobis, à templo ſã̃cto tuo q̃d eſt





in Hieruſalem.

HÆc pluribus fortaſsis quàm neceſſe fuit, egimus. Sed dandum hoc erat uulgarium affectui, quibus nihil ſatis explicatur. Multo uero moleſtius negocium eſt de modorum differentijs, res, meo quidem iudicatu, ſuperuacanea. Quam ego inde natã arbitror, uel q̃d in principibus formulis inter doctos, primóſq; huius negotij authores non conueniebat, ideóq; & differentias pro formulis, et contra formulas pro differentijs uſurpatas. Vel, quod ueriſimilius eſt, ob immodicã quorũdam ſubtilitatem, qui facilitatem intonandorum (ut recte dicam) Antiphonorum quærentes, rem ſatis per ſe lucidam, oppidò obſcuriorem fecerunt. Longum fuerit enarrare qua ratione inuentæ, & quæ quibuſq; Antiphonis differentia aptanda, curioſorum hominum negocium, ne dicam ocioſorum. Quippe quas nõ modo diuerſæ nationes, diuerſæq; eccleſiæ diuerſas habent, ſed unum aliquando oppidum diuerſiſſimas unumq; templum ſæpius & libris & conſuetudinibus uariat. Itaq; illas ita ponemus, quaſi ipſius modi uarię ſint formulę pro doctorum hominum arbitrio excogitatæ. Quas quia Franchinus non eſt aſpernatus, uir eruditus & haud mali iudicij, ne nobis quidem in totum negligendæ uiſæ, utatur qui uelit. Neq; enim iritandum cantorũ uulgus, quod omnino propitium mihi uelim. Ideóq; Lector etiam hoc boni conſulat. Sunt autem huiuſmodi.



Primi modi Euouae Differentiæ






Secundi modi Euouae


Tertij modi Euouae. Differentiæ


Quarti






Quarti Euouae Differentiæ






Quinti Euouae Differentiæ Sexti Euouae.



Differentia Septimi Euouae Differentiæ



Octaui Euouae




Differentiæ


SEd ut ætas noſtra uideat qnantum ab illa ueterum ſimplicitate degenerarit, placuit nobis Ambroſianam modulationem, ut apud eundem Franchinum habetur, hîc lectori ſub oculos ponere, quæ tamen ipſe in ſeptimo ac octauo modis differentiam habet, hoc eſt binas formulas, in cæteris ſingulas. In noſtris quidem formulis primi ac octaui cum his conſentiunt, incæteris prope nihil.



Euouae primi Secundi Tertij Quarti



PEregrinum adijciunt tonum, qui paſcatis die ad Babtiſterium ſuper pſalmum centeſimum decimum tertium in his regionibus canitur. De quo multa Franchinus, non ſatis accurate ut ſequente libro dicturi ſumus. Nos ut uulgo cantatur eum adponemus, ne etiam hoc loco deſimus harum rerum ſtudioſis.



In exitu Iſraël de Ægypto domus Iacob de populo barbaro.

MVlta alia annexenda erant, ſed ne, aliorum affectui pluſquàm neceſſe eſt inſeruire cupiens, ineptus ac ridiculus merito uidear, quieſcendum omnino hic puto. Cæterum de monochordi partitione paucula ſubnectemus, partim ex Boëthio, partim ex alijs authoribus, rem non minus iucundam quàm neceſſariam.

Quemadmodum conſonantiæ Muſicæ indubitanter aure dijudicari poſſint ex Boëthio, atq; inibi de muſicorum uocabulorum abuſione. Caput XVI.

PEruẽtum iam erat ad operis huius, in quo aliorum ſcita magis quã noſtra tractamus, optatum finem. Sed placuit nobis, ut auctior cõmentatio hæc incederet, de multiplici monochordi partitione, rem oppidò neceſſariam addere. Quo in negocio id prefari mihi uiſum eſt admodum neceſſe, ne candidus lector nobis uel uitio uertat, uel arrogantiæ adſcribat, quod aliter, quàm plæriq; noſtra ætate Muſici cõſueuêre, uerbis

uerbis quibuſdam utamur. Nam ut inficias ire nemo poteſt, ab o ctingen tis plus annis id calamitatis omnibus accidiſſe diſciplinis, ut multa corrũperentur, plæraq; mutilarent: ita in Muſicis multa perperã tradita ab annis aliq̃t, multa etiã in uulgus falſò edita quæ nemo nõ uidet. Nõnullos quoq; fuiſſe cõſtat, qui huius diſciplinæ ne nomina quidẽ inclinare potuerint, & tamẽ editis libris artẽ docere conatos eſſe, nõ abſq; rigida Ariſtarchi ferula, & philoſophico ſupercilio, quæ res mihi ſæpe riſum, ſed ſæpius bilem mouit, homines tam ſtolidè gloriã petere uoluiſſe. Nã utcunq; ea interpretabimur, bono zelo (ut aiunt) ac prompto in publicam utilitatem animo eos ſcripſiſſe, non carebit (meo quidem iudicatu) uitio, qui, quam neq; nouit, neq; tractare pro dignitate poteſt, rem docendam temere aggredit. Neq; enim ad ſolos Poëticen profeſſos Horatius clamat in arte:

Sumite materiam ueſtris, qui ſcribitis, æquam
Viribus, & uerſate diu, quid ferre recuſant,
Quid ualeant humeri.


NOn poſtulat quiſquam inſignem hic eloquentiam, & phaleratum dicendi genus, quando Ornari res ipſa negat, contenta doceri, ſed certe, ut ipſis ſcientiæ uocabulis, aut ut ipſi loquũtur, terminis recte uterentur, utiq; poſtulat optimus quiſq;. Nam quid ego dicã de ijs, qui Neuma neumæ, & Antiphona, næ. Item Magada, dæ, in prima uſurparunt declinatione quæ apud Græcos τὸ νεῦμα τοῦ νεύματος, τὰ ἀντίφωνα τῶν ἀντιφώνων, ἡ μαγάς τῆς μαγάδος, inclinantur. Sed hi accuſatiuo græco decepti ſunt. τὸ νεῦμα, τὰ ἀντίφωνα, τὴν μαγάδα. Atqui nec ſatis eſt quod quidam ignorantiæ ſuæ prætẽdunt, etiam Latinos in quibuſdam huiuſmodi nominibus quædã à græca forma uariaſſe, ut datiuos ac ablatiuos neutrorum in æ, poëmatis pro poëmatibus uſurpantes, & ab cratera acuſatiuo græco maſculino, factum fœmininũ nominatiuũ hæc cratera. Item ab acuſatiuo græco fœminino Tyndarida, nominatiuum Latinum fœmininum Tyndarida, dæ. Vnde, fortiſſima Tyndaridarũ, apud Horatium. Ad quæ paucis reſpondeo. Neq; enim hic eſt locus ea tractandi, quæ ſunt ueteribus licentia maxime poëtica uſurpata, ad ea conniuendum fortaſſis eſſe. Sed nõ ita in tradẽdis diſciplinis, quarũ uocabula incõcuſſa ac propria eſſe debent, alioqui inextricabilis ac infinitus ubiq; naſcet error. Poggij ſunt hę defenſiones cõtra Diuũ Vallã cum decadarũ, p decadũ dixiſſet. Abſit aũt ut hęc καθολικῶς admittamus. Porrò q hęc ita pperã uſurpãt, facile ueniã impetrabũt, quãdo eo tẽpore uixerunt, q̃ oẽs honeſtę diſciplinę unà cũ bonis literis pluſq; ſopitę iacebãt. In quorũ numero ſunt Guido, Otto, Berno, Theogerus Epiſcopus, Vuillehelmus et Ioannes Põtifex poſtea factus, & alij eiuſdẽ ætatis uiri. At

ipsius

noſtra ætate q̃dam, qui ſibi adeò ſplendidè ac elegãter (cũ nihil minus poſſint) loqui uidentur, excuſationem hercules iſtam non habẽt. Parco hîc nominibus, contentus rem ipſam ob ſtudioſorũ utilitatẽ uno notaſſe uerbo. Hoc unũ doleo horum balbutie plurima obteri ingenia, quæ ſcite & ingenue docentẽ à fucato præceptore dignoſcere non poſſunt. Quando bona pars hodie ſtudioſorũ unum aliquẽ orationis floſculũ pluris faciũt, quàm floridiſſimos aliquot diſciplinarũ campos. Boëthio nemo doctius Muſica, nemo diligentius docuit. Nec uidi quenquam qui planè æquatur. Vnus Franchinus paucos ante annos egregiè, lõgo tamẽ interuallo, ſe geſſit plurimúmq; hanc diſciplinam ſedulitate ſua adiuuit. Sed & ipſe non caſtigate loquitur. Diapente enim diapẽtes inclinauit ut Apotome, es, quod equidem miror à nemine eius tempeſtatis admonitum, quando plurimi tunc in Italia, ut ſemper, florebant eximia doctrina uiri. Quin eadem ratione diateſſaron diateſſaontos, & diapaſon diapaſontos inclinat? Sed ſic ulciſcitur nos Græcælinguæ neglectus, ut uere doctis ſimus ridiculo. Itaq; optimum quenq; adoleſcentem adpello, hortor atq; admoneo, quicunq; huius ſcientiæ ſacris initiari cupis, atq; adeò dignus huius diſciplinæ Myſtes fieri uelis, tria præcipua huc adferas, ſine quibus hæc diſciplina perfecte haberi non poteſt, quantumuis ſpeculeris, & ipſa contemplatione ſuperes etiam Promethéa. Primum eſt, ut Arithmetices præcepta in promptu habeas memoria & quæ Theorices ſunt, & quæ Practices. Deinde græcæ linguæ non ſis prorſus ignarus. Vocabula enim huius artis pleraq; græca ſunt. Tertium ut inſtrumentum aliquod ad manum habeas, quo ſonos omneis etiam aure metiri queas. Arithmeticæ præcepta hîc à nobis exiguntur, non docentur. De græca lingua idem dicimus: ſed inſtrumẽti alicuius uſum utiq; docere poſſumus, ut tamen huius diſciplinæ non egrediamur limites. Quapropter nunc de his ordiamur, ſed ſimplici modo ut cætera. Boëthius huius negotij & uerus & unicus artifex lib. 4. capite ultimo, Quo pacto indubitanter conſonantiarum ratio colligatur breuiſſimo ac ſimpliciſsimo inſtrumento docet per chordam à Magáde ad Magáda (de qua paulo poſt latius differemus) extentam, ita ut duæ ab extima utrinq; chordæ parte ſint immobiles, tertia uero in medio magas mobilis, quæ pro numerorum ratione, quo quis uelit, moueri queat. Si enim medium ſpacium, per quod tenta eſt chorda, quodq; immobiles interiacet magádas, diuiſum fuerit in treis partes, deinde poſita mobili Magade ad utrã uoles ſectionem, ita ut unam diuiſi ſpacij ab altero latere, ab altero duas relinquat partes (ſic enim dupla ſeruabitur ratio) diapaſon conſonantiam duæ ipſius chordæ partes plectro concuſſæ ſonabunt. Idem ſpacium inter immobiles magádas ſi in quatuor ſecetur partes, & mobili magade in ſectionum pũctis ita poſita, ut ab latere altero unã, ab altero treis relinquat

parteis

parteis (ſic enim poſcit tripla ratio) diapaſon cum diapente conſonantiam eædem duæ ipſius chordæ partes plectro pulſæ tonabunt. Porrò ſi idem ſpacium in 5. parteis ſectum fuerit, relictis 4. ab altero latere partibus, ab altero uero una (ut ſit ratio quadrupla) ſonabunt diſdiapaſon omnium conſonantiarum maximam in quadrupla ratione eædem chordæ partes. Atq; ita ueterum conſonantiæ omnes, quæ quidem in multiplici ſunt genere, habebuntur. Rurſus eadem manente quinaria ſectione, relinque ab altero latere parteis treis, ab altero duas, & inuenies diapente primam in ſuperparticulari genere conſonantiam, nempe in ratione ſeſquialtera. At ſi ſpacium idem immobilibus interiacẽs Mẽgadibus, in ſeptem parteis diuiſum fuerit, Magas mobilis ſecet 4. à tribus, ut ſeſquitertia ſit ratio, & duæ ipſius chordæ partes diateſſaron conſonantiam ſonabunt. Poſtremo ſi totum ſpaciũ in 17. parteis diuiſum, in altero latere 9. in altero 8. parteis per mobilem Magáda habuerit, tonum in ſeſquioctaua ratione oſtendet. Quæ, ut clarius intelligantur, literarum poſitionibus, ut ille fecit, demonſtrabimus. Sit A, D regula ſuper quam chordam intendere uelimus. Magádes autem immobiles, quæ hemiſpheria idem uocat Boëthius, duæ E, & F, cum regula in B, & C, ad angulos rectos erectæ. His neruus intendatur A, E, F, D. Sed K ſit magas mobilis, qua ad quaslibet in ſpacio, B, C, conſonantias inquirendas utamur. Hanc diuiſo in tria ſpacio, ſi ita poſuero, ut una eius ab altero latere, duæ ab altero relinquantur partes, duæ ipſius chordæ partes, plectro admoto, ſonabunt diapaſon, conſonantiarum Reginam. Sin in ſpacio per quatuor diuiſo, trium ad unum diuiſio fiat, naſcetur conſonãtia diapaſon cum diapente. Porrò ubi ſpacium per quinq; diuiſum fuerit, quatuor ad unum dabunt diſdiapaſon, at tria ad duo, diapente, ubi uero ſpacium per ſeptem, ibi tum 4. ad 3. diateſſaron creant. Deniq; ubi pe 17. ſpacium ſectum eſt, ibi 9. ad 8. tonum ædunt. Huius typum ſubij cere placuit.



Quid

Quid Magas, monochordum, Magadis, ſimileſque quorundam muſicorum inſtrumentorum apellationes, Caput XVII.


MOnochordi appellatio haud dubie ab una chorda nomen habet, ut trichordum à tribus chordis, à quatuor tetrachordum, pẽtachordum à quinq;, ac deinceps. Sed per monochordum tamen non modo ipſam unam chordam, uerum totum inſtrumẽtum, ſuper quod unica chorda intenta eſt, intelligimus. Ita μαγὰς hemiſphęrium illud eſt, à quo chordæ & incipit & deſinit ſonus. Neceſſe enim eſt, ut chorda duas habeat extremitates. Quippe quæ infinita eſſe non poteſt, eæ magádes appellantur. Sed nihilominus totum inſtrumentum, ſuper quo conſiſtunt magádes, Magàs nominatur, ſi Suidæ credimus, qui ita inquit. μαγὰς. Σανὶς τετράγωνος ὑπόκυφος, λεγομένη ἐφ' ἑαυτῆς τὰς τ' νιθάρας νευρὰς, καὶ ἀποτελοῦσα φθόγγον. Quæ uerba Guido ita uertiſſe uidetur: Monochordum eſt (inquit) lignum longum quadratum, intus concauũ ſuperducta chorda, cuius ſonitu uocum uarietates appræhendimus. Hæc haud dubie ab aliquo, qui Græce nouit, inaudiuit, neq; enim Suidæ uerba ex equo uertit. Quod enim Suidas pluratiuo numero τὰς νευρὰς uocat, hic chordam ſingulari dixit numero, omiſſo τῆς νιθάρας uerbo, quanquam hoc ipſum τ' νιθάρας, quod Suidas ait, nõ eſt neceſſe addere, quare id iudicio omiſiſſe uideri poteſt Guido. Sicut illud ἀποτελοῦσα φθόγγον, magis docte ſecndum artem expoſuit, quàm ſecundum græci ſermonis proprietatem. Video apud Græcos ingentem muſicorum inſtrumentorum nomenclaturam, ac non modo rerum, ſed nominum etiam inſignem confuſionem. Quot, Diij boni, unus Athenæus, & nomina, & organa commemorat, cum lib. 4. cum 14. Quot authores, qui eorum meminerint, citat. Nullum tamen exacte, & ad Lectoris non omnino ſtupidi animum explicat, cuius fuerit formæ, cuius uſus, præter unum aut alterum, ut Pythagoræ zacyntij tripoda uix intelligibilem. Fortaſsis quod illo tempore quædam nimis nota erant, quædam iam exoleuerant. Quæ nimis ſunt nota, plærunq; à ſcriptoribus contemnuntur, ut deſcriptione indigna, quæ autem aboleuerunt ac ignorãtur, minus ad ſcribendum quoſdam inuitant. Quod ſi pergam narrare, quoties Magadin (ut alia nunc omittam) uocet iam ἀυλῶν, id eſt, fiſtularum, iam νιθάρας εἶδος, id eſt, citharæ ſpeciem, ὄργανον etiam, iam ἐνταῦθα, iam ψαλτικὸν, res nullũ inueniet finem. Adeò uariata omnia, adeò impedita, ac inuoluta ſunt.

Inue-

Inuenias pro fiſtula apud eundem genere maſculino, in nominandi caſu, ὁ μάγαδις καὶ ὁ μάγαδος. Pro organo autẽ fœminino, ἡ μάγαδις, & datiuũ τῇ μάγαδι καὶ μαγάδιδι. Neqꝫ enim hæc omnia codicum culpa, quod quis cauſari queat, accidunt opinor. Dubium autem & hoc, idémne ſit cum Pectide, quod Ariſtoxenus ac Menæchmus uoluerunt, an differens, ut uoluit Diogenes Tragicus, & Phillis Delius, quod ueriſimilius uidetur, ſiquidem lib. 4. ex Sopatro idem Athenæus recte oſtendit Pectida dichordon eſſe, libro autem 14. ex Teleſte Magadin pentachordon. Id non minus dubium, quando fiſtulã ſignificat, quo pacto, ἐν τούτῳ ὀξεῖ τὴν βαρεῖαν φθόγγον, id eſt, in eodem acutum & grauem ſonum ædat, ut apud eundẽ Tryphon ait, citans ex Alexandride Poëta hunc uerſum, μάγαδιν λαλήσω μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγαν. Quem uerſum D. ERASMVS Præceptor noſter bis uertit: Grãde ac puſillum Magade proloquar ſimul. Vel: Magnum ac puſillum proloquar Magadin ſimul. Vt uero Organũ ſignificat, à multis idem cum Sambuca creditur, quam paulo ante hæc uerba tetrachordõ ex Euphorione idem oſtẽdit Athenæus. A Pindaro uero dici ψαλμὸν ἀντίφθογγον, propterea qđ ſimul concinant uiri ac pueri impuberes in διὰπασῶν, ait idem Eraſmus, interpretatus opinor hæc Athenæi uerba. Διὰ τὸ δύο γενῶν ἅμα, καὶ διὰ πασῶν ἔχειν τὴν συμφωνίαν ἀνδρῶν τε καὶ παίδων. Magadin ipſe δίφωνον uocat organum, id eſt, geminã emittens uocem, in adagio μαγαδίζειν, illud Pindaricum ἀντίφθογγον exponens, cũ chorda inter duas magádas immobiles, per mobilẽ diuiſa magáda binos creet ſonos. Idem Athenæus apud Anacreonta Poëtam Lyricũ, 21 chordas Magadin habuiſſe commemorat. Etiam ſi ille dicat, ψάλλω δ' εἰκοσίχορδ' ἄσι μάγαδιν ἔχων. Sed parem pro impari poſuiſſe numerum. Apollodorum deniqꝫ dicere Magadin eſſe Pſalterion. Sed hac de re omnia eius authoris proſequi, quę multis modis pugnãt, non uideo, quid utilitatis Lectori adferat. Quapropter tempus nũc eſſe exiſtimo, ut lectori iudicium noſtrum explicẽ petita prius ab eo uenia, in tanta non modo uerborum, ſed etiam rerum confuſione. Dicã itaqꝫ ingenue quod ſentio. Primum, Magas mihi quidem uidetur hemiſphæriorum nomen, ut tradit Diuus Seuerinus, ac Suidas item cum ad iam allegata uerba de magade ita ſubnectit: ἢ τὸ κιθάρας καβάλιν καὶ τὸ λύρας ἢ τὰς νευρὰς βασάζουσα, quibus uerbis ad id quod iã oſtendimus, nihil ſignificantius dici poterat. καβάλιν autem puto Suidam dicere, quod Boëthius Hemiſphærium, quidam fulcrum nominant, ut Ioannes Froſchius inſignis hac ætate Muſicus, quidam ſoni retinaculum, ut Franchinus, uulgus Lyricorũ ponticulos hodie uocat, atque hæc uidetur prima uerbi ſignificatio. Ab hac puto dici græcis μαγάζειν (nam ita quidam codices, maxime Heſychij, cõſtantes habent) ad eũ modum quo præcedẽte capite ex Boëthio declarauimus, cõcentus duabus chordæ partibus inquirere.

Deinde

Deinde eodē Suida authore, ut initio huius capitis demōſtrauimus, Magàs dicetur ipſum inſtrumētum fulcris duobus chordam tenens. Quia uero Suidas non ſatis grauis quibuſdam author uidetur, utpote collectaneorum conſarcinator, non admodum repugnauero iīs, qui hocce inſtrumentum in nominandi caſu non magàs, ſed μάγαδις, dici putant. Atqꝫ inde alterum uerbum μαγαδίζειν, hoc eſt, in magadide ludere, cuius uerbi uſus eſt apud Ariſtot. in problematis, quanquam quidam & apud Heſychiū μαγαδίζειν nō μαγάζειν legendum exiſtimant. Sunt qui quinqꝫ hæc nomina, prorſus differentia exiſtimant. ἡ μαγὰς τ̄ μαγάδος, pro fulcro. ἡ μάγαδις τ̄ μαγάδος, pro organo Cithariſtrio. ὁ μάγαδος τ̄ μαγάδου pro fiſtula. ὁ μαγάδιης, τ̄ μαγάδου, αὐτὶ τ̄ ὁ σωμάδιωι τ̄ μάγαδι, ait Heſychius, hoc eſt, qui magadi accinit. Quintum nomē μαγάδεις αὐλοὶ πιθαρισήριοι, ut inquit Heſychius, at hoc corruptum puto, ſono uulgatæ pronuntiationis, quæ ει, ι, υ, & η, eodem profert modo. Sed hæc ſtudioſis latius inquirenda remitto. Nam ego me hic planè non explico, haud grauate quæ diximus emendaturus, ſi quid melius apud probatos authores inuenero, lubensqꝫ in aliorum ſententiam pedibusqꝫ manibusqꝫ, ut dicitur, iturus, ſi quis certiora candidè docuerit. Magàs igitur, ut Suidas, uel Magadis, ut alij uocant, canō atiā à Georgio Valla dictus inſtrumentum muſicum uarijs modis fieri poteſt. Georgius ipſe tabellam ponit quam chordotonō nonminari ait, quod ſuper ipſa chordæ explicentur intendanturqꝫ. In ea parallelogrāmum rectangulum altera parte longius deſcribi iubet, longum decem, latum quinqꝫ palmos, ut longitudo dupla ſit ad latitudinem. Quidam mōſtroſæ longitudinis faciūt, quidam duarum ulnarum, binorum uero digitorum latū, ſpiſſumqꝫ. Ego cum primum eam rem tentare animo cōſtituiſſem, nec quicquā tale ad manum haberem, iuſſi mihi à fabro fieri, craſsiore Minerua (ut aiunt) triū pedum longū, quadrantali craſſitudine, triētali latitudine, duabus immobilibus à lōgitudinis utrinqꝫ extremitate magadibus, maga de una mobili. Huic quaternas chordas induxi, ut una uelut thema eſſet, ad quā reliquas pro ſectionū partibus in tribus modulādi generibus, imminutas referrē, quaq̄ inueni poſtea duas ſufficere, eo ſatis cōmode ad hoc, q̄d inquirere uolebamus, ſumus uſi, atqꝫ adhuc utimur. Porrò Germani atqꝫ



atq; Galli, Rheni accolę instrumẽta proxime ad eam formã ex ternis asser-culis conglutinata in modũ Trigonię Pyramides leniter & in longũ acu minata hodie in usu habẽt, Tympani Schizã uocant, chorda super una su perficie inter magádas tenta, arcu, quo Lyræ chordas hodie equinis setis, pice illitis, radunt uerius quã uerberant, pulsatur aut uerritur potius. Qui dam alteram duplo breuiorem huic addunt chordam, ut in finalibus for-tius illa altera sonet octauam. Est apud Athenæũ Trigoni mentio, si quis forte hoc esse suspicetur. Etiã si Plato in 8. de Rep. inter πολύχορδα enume-rat sicut & pectida. Nam de quo dixi, ego omnino uetustum credo. Circũ pectida
ferũt per plateas ludiones acumine in pectus defixo, qua parte claui sunt, quibus chordæ intenduntur, altera parte antrorsum lata, qua cauitas pa-tet ac basis Trigonia, leua tenent instrumentũ tangẽte leniter pollice chor-dam in sectionum punctis (nam ea quoq; habẽt, sed in quartis ac quintis, aliquando & in tertijs) dextra arcus trahitur. Chordæ grauitas à basi in-cipit, tenditq; acumen uersus quod pectori adplicant. Sinistra manus, di-gito, maxime pollice, identidem chordam tangente portenditur. Dextra arcum intra limites tactus continet, ita ut perpetuo minor chordæ pars so net, quæ intra cõtactum est. Sonũ à longe propẽmodum gratiorem quã ex propinquo ædit. Duos omnino Modos Ionicum ac Hypoionicũ in eo aptissime ludunt, alios non item, quẽadmodum Tubicines, ut libro se quente de Hypoionico dicemus. Ipsi qui eo ludunt, diapason habent per diatessaron ac diapente ut iam dictum est, distinctas. Semitonia ac tonos ægre inueniunt, utpote ignari artis musices. Mihi quidẽ primum persua-dere conati sunt, ea in hoc organo non inueniri, quod cum uehemẽter ad-miratus essem, experientiaq; id perdiscere uellem, accepto abs quodam hu iuscemodi organo, rem absq; arbitro tentaui, inueni tãdem ipsis hoc par-tim imperitia rerum musicarum accidere, qui diuidere spacia nisi crasso digito nescirent, partim q̃d chorda longior in eo organo stridulum quid-dam reddit. Non Hercules ad omnem chordę sectionem, sed maxime ad quintas tertiasq;, ad secundas, id est, tonum hemitoniumq; non item: in quo illos uerum dixisse inueni. Stridorẽ illum excogitarunt magáde qua-dam arcuata, cuius alter pes & latior & crassior chordã sustinet ad basim Trigoniam, alter protensus in coluri modum, cui solidum subiecere, uel ex ebore, uel alia dura lucidaq; materia, hunc tremulum efficit sonum. Risi ego machinamentũ hominum. Causam tamẽ ueram, cur non omnes di-uisiones stridorem admittant, adhuc quæro. Nonnunq; huius protenti pedis extremo calcaneo tenuissimum infigunt clauum ut tremor fortius in solido tinniat, uelut in cithera chordæ strident attingente inferiore cla-uo, quo corpori citharæ, ex quo procedunt, connectuntur; Citharizare chordam uocat uulgus horum triangulorum monochordorũ lõgitudo

hodie ferè eſt quinûm pedum, trium autem aſſerculorum, ſinguli latitudo quadrantalis eſt ac ſemuncialis à Baſi, à cono uero ſeſcuncialis. De hoc itaque tantum ſit nobis dictum præter noſtrum morem, tum quia exiſtimauimus eſſe proximũ ueteri monochordo, ſi quidẽ illius ullus fuit uulgi uſus, & non potius apud doctos tantum: tum, quod ex æquo Chroma, & Enharmonion in eo inueniri queant, atque ipſum diatonon, oculari etiam, ut uocant, oſtenſione, quod in alijs inſtrumentis non omnibus imò quibus hac ætate utuntur, propè modum nullis fieri poteſt. Multa alia apud Athenæum de inſtrumentis muſicis leguntur, quæ quia hoc negocium nihil iuuant, doctis diſcutienda relinquimus, nos ad reliqua pergamus.

De triplici ſiue chordarum, ſiue neruorum in ſcala muſica, diuiſione,

Caput XVIII.

TRiplex omnino eſt chórdarum pro inueniendis, & cõſonantijs, & phthongis, ſiue certis neruorum ſedibus, quas claueis uocãt, diuiſio. Vna quam ex Boëthio paulò ante docuimus de conſonantijs aure dijudicandis. Ea fit cõparatione duarũ chordæpartium per magáda, ſecundum in ſubiecto plano diuiſionem, ſeparatarum, deinde ſimul pulſarum. Quæ omnium eſt ſimpliciſſima. Altera qua proxima duntaxat ſpacia inter ſe comparantur, uidelicet cum tonorum ſemitoniorumq; per totam chordã coęquatio quędam fit, ut enim à Γ ut ad A re, tonus eſt, ita à G, ad a, & à g, ad Aa. Item ut à ♮ magno ad C magnũ eſt ſemitonium minus, ita à b paruo in c paruum, & à ♮ ♮ gemino in c c geminum, ideoq; eædem diſtantiæ pinguntur, ut nos ſuperius in typo generali exhibuimus. Quæ diuiſio non eſt uere unius chordæ ſed ad hoc inuenta, oculisq; ſubiecta, ut uno intuitu omnia ſpacia conſpicerentur, non ut credamus ullam unam chordam ita diuiſam, dare nobis phthongos in quibus diapaſon, aut ulla alia cõſonantia conſtet. Boëthius ſanè illam nobis exhibuiſſe uidetur numeris per æquas proportiones deſignatis, nec typis differentibus. Tertia cum tota chorda ad parteis comparatur. Vt in una chorda omnes ordine in ſcala muſica nerui ſiue claues, ab una duntaxat chordæ parte audiantur. Magáde enim ab altera parte promota, Tonus nona totius relicti ad alterã magáda ſpacij, parte perpetuo minuitur. Vnde frequens eſt nunc muſicorum dictum, omnem tonum nouenarium prouenire diuiſione. Vt ſi à magáde ad magáda ſit chorda tenta, ea in nouem parteis

uem parteis diuiſa, ſi magáda, una promouebis nona parte, reliqua chordæ pars imminuta ædet ſonum, tono altiorem, ut poſcit ſeſquioctaua ratio. Hæc tamen diuiſio melius percipitur, ſi quis duas accipiat chordas, & alteram pro infimo ſcalæ phthongo relinquat ſtabilem, ac deinde aſcendendo ſecundum ſpacia, quæ poſteriore capite explicabuntur, imminutã chordam ad ſtantem comparet, ſic enim inuenientur omnes facilime totius ſcalę muſicæ uoces. Hęc ſectio ad eum modum, quo nũc traditᷣ, facta, quàm uetus ſit, non equidem pronuntiauerim, certe docta eſt, & ratione muſica, quam Boëthius nobis tradidit, planè conſtat, à nullis propè muſicis, qui ab quadringentis & infra annis fuêre, non exhibita. Sed in ea diuiſione quidam (ut & Franchinus libro primo de muſicorum inſtrumentorum harmonia capite quinto, ac deinceps) intra græcam διὰ διὰ πασῶν conſtitere, quidam, ut Guido, certis aliquot, maxime uero ſuperne, chordis adiectis eam ſuperauêre, qua in re hoc mirum uideri poteſt, cum ſint tot, uarijs deſignationibus, deſcriptiones, in idem tamen redire omneis, quantumuis diſcrepare uideantur. Quid enim referam Othonis, Guidonis, Theogeri, ac aliorum diuerſas ſectiones? Cum tres hi primi duas nouenarias initio ponant diuiſiones, nos tres ex recentioribus non abſque cauſa, ut mox dicetur, poſuerimus. Quaternarias nos duas ex ſententia noſtra, ex aliorum treis. Cum Theogerus ſeptem, Guido ac Ioannes eius diſcipulus, præceptorem ſecutus, treis. Franchinus à quaternaria incipit, ut Boëthius, tametſi per duo eadem fieri poteſt ſectio, ut à neotericis obſeruari uidemus. Et ipſe Boëthius libro quarto ad finem (quanquàm is locus in plæriſque codicibus deprauate legitur) fatetur multos huius diuiſionis eſſe modos, & una chorda & pluribus, ipſe certe ad hãc formam, ut nunc deſcribitur, nullam nobis exhibuit. Vnde multis uehemens fuit ſuſpitio, ueteribus, qui fuêre ante mille annos, prorſus fuiſſe ignotã, quanquàm ex Boëthio hæc habetur. Ego de ea re cum nemine pugnauero. Vna ex multis eligenda nobis uiſa eſt, qua organarij maxime utuntur, quæ cum diezeugmenis Synemmena coniungat, & quę maxime generalis extentiſſimáque, uocis humanæ extremos complectatur terminos. Denique quæ nouenaria partitione procedat pro eliciendis tonis, quaternaria pro ſemitonijs, quod Otho ſæpius inculcat, ἀποδέξῃ μὲν ὅτι, οὐ δ' ὅτι ἀποτελόυσι, quod toto hoc opere fecimus, ſecus certo atque quidam hac tempeſtate fecêre, qui omneis, quas ipſi intellexiſſe uidebantur, Boëthij demonſtrationes, ſæpe ne nominato quidem authore, in ſuos tranſtulêre libros, quaſi ipſi hæc iam nuper inuenta primi memoriæ prodidiſſent, Æſopicæ corniculæ male feriatæ. Ego quæ apud Boëthium demonſtrata ſunt, mihi probata eſſe uolo, nec ea in opus meum adducere parabo, niſi & citato


eius nomine, & explicata etiam ratione quam ob rem adduxerim. Non paruæ authoritatis eſt apud me ſolida huius uiri clariſſimi doctrina adamantinis fundata ſubſtructionibus, ad quam hæc noſtra, qualiacunq; lectoribus uidebuntur, ordinamus. Sicut etiam clariora nuper in lucem prodierunt ipſius opera, cura & induſtria Henrichi Petri, in authoribus ueteribus reſtituendis primarij uiri. Sed nunc propoſitū ordiamur opus.

Monochordi diuiſio in genere diatonico, Caput XIX.

DIſpoſito itaque monochordo ligneo, quadróque, quemadmodū ſupra docuimus, ab eius extremitatibus duæ immobiles ponantur magádes, quibus chorda intēdatur, quarum prior ſit ϝ digamma Aeolicum, altera ϕ. Quod uero his interiacet ſpacium, in nouem æquas primum diuidatur parteis. Quo ſecto in primū poſt ϝ punctum ponito Γ, & habebis ex hac prima nouenaria ſectione primum tonum extra Guidonis ſcalam, quem nos ideo præter ueterū (ueteres hic uoco ab quadringentis & infra annis) conſuetudinem poſuimus, quod Ionici ſemper, plærunque etiam Dorici cantus in baſi eam deſyderant. In ſecundum poſt Γ punctum nihil ponimus. In tertium C magnū, in quartum rurſus nihil, in quintum G magnum, in ſextum c paruum, in ſeptimum g paruum, octauum punctum egreditur hanc conſtitutionē, quem admodum & altera magas ϕ. Atq; hæc eſt prima nouenaria ſectio, quam omittunt Guido, Otho, ac Theogerus, qui duas duntaxat (ut diximus) nouenarias, quæ iam ſequuntur, ponunt diuiſiones. Secunda autem partitio, nona parte prioris ſectionis breuior, ab Γ erit in ϕ, rurſus nouem æquis partibus, ubi in primum punctum poſt Γ, A magnū conſtituamus, tonum initio rurſus, ut priore ſectione factū eſt, elicientes, nona parte breuiorem priore, ut ſectio ſequens priore erat breuior. In ſecundum nihil, in tertium D magnum, in quartum rurſus nihil, in quintum a paruum, in ſextum d paruum, in ſeptimum Aa geminum, octauum punctum rurſus conſtitutionem hanc noſtram egreditur, quemadmodum & priore ſectione factum eſt, unà cum extima ϕ. Hanc diuiſionem ita orſus dicit Guido, ut tonum infra proslambanomenē, extra græcam diſdiapaſon conſtitueret. Sequitur tertia nouenaria diuiſio, rurſus à præcedēte nona deſecta parte, ubi tertium eliciemus tonum, eadem parte breuiorem, ab A magno in ♮ ma-

in ♮ magnum. ♮ enim in primum poſt A punctum conſtituendum eſt, in ſecundum nihil, in tertium E magnum, in quartum nihil, in quintum ♮ quadrū ſiue parameſe, in ſextum e paruum, in ſeptim ū ♭ ♮ quadrū geminum, octaua ad parameſen, quæ diſdiapaſon græcam egreditur, quemad modum quatuor deinde reliquę. Octauum pūctum cōſtitutionem hanc & ipſum ſuperat, ut bis antea factum eſt. Hactenus nouenarię diuiſiones, quæ tonos nobis produxêre, enumeratę ſunt. Sequuntur nunc quaternariæ, quæ ſemitonia nobis elicient partitiones. Quarum prima totum ſpacium inter magádas γγ & φ, in quatuor ſecat parteis. Et in primū quidem eius ſectionis punctum ponito B, non illud quadrū antea poſitum, ſed quod ad triten ſynemmenon ſonat octauam, & in baſibus Ionici modi fa habet, ad illud Vt, quod eſt in γγ æolico. In ſecundū F magnū, in tertium f paruum. Altera diuiſio nō totum inter magádas, ſed à B, cuius iam mentionem fecimus, uſq; ad φ, ſpacium in quatuor æquas ſecat parteis. Qua ſectione facta, In primum poſt B punctum ponito ſemitonium inter D & E magna (Nam id non modo Ionici, ſed aliorum quoq; Modorum cantus, quoties è ſuis transferuntur ſedibus, poſtulāt.) In ſecundū b minutū, quæ eſt trite ſynemmenon, in tertium eius octauam bb. Atq; hæ duæ quaternariæ diuiſiōes ſuffecerant ad communem neruorum ſiue clauium in ſcala muſica diſpoſitionem, ſed quidā hic adĵciunt tertiam, nempe ut quatuor præterea ſemitonia habeant. Inter G magnum, & a paruum, inter d & e parua, inter Dd & Ee geminata, denique inter g paruum ac Aa geminum, organariĵs, ut puto, inſeruientes, nam alioqui rariſſime uſu ueniūt. Nos ĳs utemur ad Chroma oſtendendum, alioqui omiſſuri. Hæc ſectio ita habet: Initium eſt à ſemitonio inter D & E magna, à quo ad φ in quatuor parteis ſecandum eſt ſpacium, primumq; (poſt initium quidem) punctum erit inter G magnum ac a paruum. Secundum erit inter d ac e parua. Tertium inter Dd & Ee geminata, de quibus mox dicemus. Eam tertiam partem, quæ eſt à ſemitonio inter d & e parua uſque ad ſemitonium quod eſt inter Dd ac Ee gemina, ſi in duas æquas parteis diuiſerimus, emerget ſemitonium inter g paruum ac Aa geminum. Hactenus diuiſiones quaternarias diximus, ſequuntur nunc binarię tres. Prima, à c paruo ſpacium in φ diuidito in ęqua duo, emergetq; Cc geminum. Secunda, ſpacium à d paruo in idem φ eodem pacto diuidito, & naſcetur dd geminū. Tertia, ab e paruo ad φ rurſus in duo æqua ſpacium diuidito, & in medio erit Ee geminum, quæ diuiſio in longum durare queat. Huius rei nūc Typum ſubnectere placuit, nudum quidem literis, quantum ſpaciĵ iniquitate concluſi dare potuimus. Lector ipſe ſua induſtria ex certa hac iam dicta deſcriptione ſibi ſpacium longiſſimum deſumere poteſt, ut paulò ante do-

cuimus, clariusq; uidebit omnia, quod nos non ſemel experti ſumus. Poſt ternas in Typo diuiſiones primus quidē ordo in diatonicc genere eſt, cū ſemitonijs ubique interpoſitis, atque eius quidem generis gratia hæc deſcriptio à nobis ſuſcepta eſt. Quod ſi tamen Chroma quoque habere uolueris, remitte paranetas aclichanos Dd. g. d. G. D. Γ. Semitonio & totus Chromatis ordo conſtabit. Sin Enharmonion quoq; habere deſyderas, eoſdem neruos à diatono remitte tono, ut in parhypatas tritasq; cadant, ſed proxima tamen ſubtus ſemitonia in binas ſecato parteis, quæ diaſchiſmata Boëthius appellat, ut capite decimo de toni partitione oſtendimus, & emerget Enharmonion, ſatis certa ad auditum diuiſione, quamuis tanta poſſent eſſe ſpacia ut eas diuiſiones diligentius ſecare neceſſe eſſet. Sed hæc rudis ac uulgaris partitio eā ſecandi tam exactam curam non expoſcit.



Ternæ diuisiones, Tres nouenariæ, tres quaternariæ, tres binariæ.
Diatonon
Chroma
Enharmon.
Semi.
Semi.
Semi.
Semi.
Ee
Dd
Cc
Bb
Aa
g
f
e
d
c
b
a
G
F
E
D
C
B
A
Γ
Νήτη ὑπερβολαίων
Παρανήτη ὑπερβολαίων
Τρίτη ὑπερβολαίων
Νήτη διεζευγμένων
Παρανήτη διεζευγμένων
Τρίτη διεζευγμένων
Παραμέση
ΜΕΣΗ
Λιχανὸς μέσων.
Παρυπάτη μέσων.
Ὑπάτη μέσων.
Λιχανὸς ὑπάτων
Παρυπάτη ὑπάτων
Ὑπάτη ὑπάτων.
Προσλαμβανόμενος
1536
1728
1824
1944
1996
2048
2187
2304
2592
2736
2916
2994
3072
3456
3648
3888
3992
4096
4374
4608
5184
5472
5832
5988
6144
6912
7296
7776
7988
8192
8748
9216
10368
10944
11664

De inueniendis cõſonantijs per Citharæ neruos, Caput XX.

SEd de hac Theoria alium modum lectori non minus certum utilemq́, imò multo etiam faciliorem uſu oſtendamus. Nempe quo pacto omneis citharæ neruos ſecundum ſcalæ muſices formulam conſtituere uere queat, eo etiam ordine, quem iam præmiſſa monochordi deſcriptione indicauimus, nempe ut ab Vt, incipiat primus ordo, ſed per ſynemmena procedens, hoc eſt, ut in B claui ubique ſit fa, non mi, perinde atq́ à tertia diapaſon ſpecie C incipiat, nam ita hodie plærunque citharæ chordas inſtituunt. Quo loco hoc mihi præfari neceſſe habui. Quemadmodum alijs in rebus euenire uidemus, ut lõgo uſu, multiplicique exercitio quædam à poſteris felicius inueniantur, atq́ à priſcis tradita fuerint (quarum rerum exempla cum facilima cuiq́ inuẽtu ſint, non exiſtima uimus inculcanda) ita in muſicis multa hodie feliciſſimè inuenta conſpicimus, quę ueteres latuêre, multa item longe facilius docentur, quàm olim priſci potuêre. Nam ut obiter de clauium ſiue neruorum appellatione dicam, quorſum attinet unicam chordam ſeſquipedali, imò bipedali aut magis tripedali uerbo nominare? προσλαμβανόμενος, παρανήτη διεζευγμένων quam portentoſa uocabula pro A re, & dlaſol re, ac de reliquis chordis ad idem. Quàm facile hodie ſemitonia minora inueniuntur in Citharę neruis, quę olim tam longa ac operoſa demonſtratione inquirebantur, ut uidere eſt apud Boëthiũ libro tertio capite decimo. Habita enim octaua, ac ea apte in quintas quartasq́ diuiſa, deinde rite tonis per quintas duas, ut iam docebimus, elicitis, non poſſunt non neceſſario ſequi & ſemitonia toto chordarum ordine. Sed antequã rem ipſam ordiamur, Muſicorum exemplo & præcipue diui Seuerini, Hypotheſes quaſdam ponemus. Primam: Diapaſon proprie diuidi per diapente ac diateſſaron, idq́ bifariam, uel ut ſuperior ſit diapente, inferior diateſſaron, uel contra, ut ſuperior ſit diateſſaron, inferior diapente. Secũda, ablata à diapaſon diapẽte, relinqui diateſſaron, & contra, ablata à diapaſon diateſſaron, relinqui diapente. Tertiam, Duas diapente ſuperare uno tono diapaſon. Quartam. Nullas conſonantias aure melius iudicari poſſe, atq́ diapaſon ac diapente. His ita præmiſſis, ſic pgrediamur. Sint in Cithara chordæ aut uiginti, aut plures, nam uiginti quatuor ferè ſimplices habent citharæ. Prima ac infima chorda à γγ æolico incipiat. Deinde reliquæ ordine per fa in B litera ad formam præcedente capite deſcriptam procedant Γ A B C D E F G a b c d e f g Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg & cætera. Nam ulteriores per accentum grauem, aliámue notam diſcriminare poſſumus. Sed nunc ut


etiam

etiam eæ ſecundum diapaſon ſyſtemata ordine ſonent, hoc demum ita inueniendum. Siſte infimã chordã, qua ꝓfunditate altitudinéue, & ipſam, & ſequenteis chordas durare poſſe putabis, qua tenta, eius octauam inde chordam F magnum tende in ſuperiora ea utique auditu iudicatur, ut nulla alia melius, Rurſus ab ima tende C quintam (nam & eam non minus clare iudicant aures,) à qua C, rurſus quintam G magnum. Binę autem diapente ſuperant tono diapaſon. Ergo à G magno tende in inferiora rurſus octauam, nempe Γ Græcum, & emerget tonus inter γγ ęolicum et Γ græcum. Porrò à Γ græco tende in ſuperiora quintam D magnum, à quo rurſus quintam in a paruum, à quo in inferiora tende A magnum, & emerget alter tonus, à Γ græco ad A magnum. Rurſus ab A magno ad E magnum tende in ſuperiora quintam. Deinde ab F magno in inferiora tende quintam in B, & habebis pulchro ordine totam octauam γγ Γ A B C D E F. Quid reſtat porrò quam omneis deinceps octauas ad finem uſque ex inferioribus tendas? Vt enim ex γγ ad F eſt octaua, ita ex F magno ad f paruum, & in uniuerſum de litera ad proximam eiuſdem ſpeciei literam, quemadmodum initio huius libri diximus. Emendatur autem octauæ ex quintis contrarijs ſi quando fortaſſis auditum fefellerint. Inferiorem enim ipſius diapaſon chordam inferior emẽdabit quinta, ſuperiorem uero ſuperior, ut experiẽtia id facile percipitur. Huius rei hic ſequens ſit typus.



Citharæ

Φ



Citharæ formā 24. chordis, quæ in diatono ad eū modū ordine succedūt, quo uidemus unicam in monochordo identidē ad sectionū rationem minorem fieri chordam.

In hac Cytharæ typo nervi non sunt dicti Sabi ad clavorum radices, qui clavi Cytharæ corpori infixi sunt, & nervos suo chordas stridulas faciunt.

Qua

Qua in re Lector fruſtra expectabit, quã uidit præcedente capite in uni us chordæ diuiſione, ſpaciorum rationem. Cauſa eſt, quod hic multę ſunt chordæ, nec craſſitudinis, nec longitudinis unius. Proinde hoc conſyderet, quãtum illi rationi forte defuerit, id facile ſuppletum iri per hoc, quod chordæ omnes intendi remittiq; poſſunt. Porrò ad ueram Muſicen perdiſcendam uix aliud inſtrumentum æque iuuat, atq; ipſa Cithara, quod & uiſum Diuo Seuerino, qui de eius chordis in uẽtoribusq; tã accurate ſcripſerit. Quod autem in tam raro uſu ea hodie eſt, cum difficultatem eius arbitror in cauſa eſſe, tum quod uulgus magis amat clamoſa, minusq; artis habentia. Atqui doctum hominẽ, qui populi plauſum non curat, ſed doctorum hominum de ſe iudicium expectat, potiſſimum uero huius artis profeſſorẽ decere in primis exiſtimo, ut pro uera ac perpetua laude acquirenda, addat & laborem. Sed de Cithara ſatis.

Paraſceue ad ſequentis libri commentationem, Caput XXI.

CVm iam hunc librum, extrema adiecta manu, ad umbilicum uſq; deduxiſſem, quod antea me facturum citius promiſeram, ecce inſperato, quod multis quidẽ annis deſyderauimus, nec tamen unq; aſſequi potuimus, opera ac induſtria D. Bartolemæi Libys amici noſtri ſummi, uenit in manus noſtras Franchini illud de Harmonia inſtrumentorum muſicorum opus (ita enim inſcripſit) nunq; in his regionibus mihi, quod equidem ſciam, uiſum. Quod ex eius quidem uiri lucubrationibus ultimũ exiſtimo. Anno enim à Chriſti natali M. D. XVIII. Ioanni Grolierio Lugdunenſi, qui Franciſci Francorum Regis Quęſtorem tum Mediolani agebat, eos labores dedicauit, cum actiuę Muſices opus annis plus uiginti antea in lucem dediſſet, gauiſus eram hercules magis quàm dicere uel auſim uel queam, ſperaram enim authorum aliquot, præcipue Græcorum, locos, qui animum meum multis annis ſollicitum habuerant, atq; adeò mire torſerãt, erutos ab eo a tq; diſcuſſos, maxime uero id ſperabam, cum primum caput legerem, ubi ipſius opera ait Bryennium, Bacchęum, Ariſtidem, Quintilianum, ac Ptolemæum è Græco in Latinum conuerſos ſermonem. Cœpi reuoluere ſtudioſius, uideoq; ſolitam in eo uiro diligentiam, maxime in eis quæ Boëthius tractat in tribus modulãdi generibus per 5. tetrachorda. Item de proportionibus ac proportionalitatibus (ita enim nunc omnes appellant) tandem ultimo eius operis libro de Modis muſicis operoſam illam tractationẽ aggreditur. Tum uero cupidus ſperabam me Franchinum ſibi ſimilem inuẽturum, quippe qui aliquid

qui aliquid præter Boëthiũ, ex tot claris authoribus lectu ac ſcitu dignum proderet, atqui uoti mei nequaquam compos factus ſum. Et legit ille quæ apud Apuleium 4. Floridorũ de Antigenida ſunt uerba, item quæ apud Martianum Capellam; Platonem, Lucianum, Athenæum, & Porphyrionem, quantum coniicio legiſſe nõ uidetur, neq; enim eos locos quos libro ſequẽte tractabimus uſq; citat, quod equidem ammiratus ſum uehementer. Platonẽ quidem aliquoties citat, at non iis locis, quibus lector torquetur, quemadmodum is eſt libro 3, de Rep. de ſex Modorum principibus, quem in Lydio poſtea referemus. Profecto quæ in eo Frãchini libro ſunt extra Boëthium (dicam abſque felle & inuidia, nam uiro ſummè faueo). Verba ſunt ex uariis commentariis ſedula lectione coaceruata, ſed rem nihil adiuuantia. Quemadmodũ cõparatio illa quatuor Modorũ ad 4. cõplexiones, colores & pedes poëticos, tribus aliis Modis exulantibus præter meritum. Quàm mallem illum ingenue faſſum, uel horum Modorum diſcrimina ſe nõ noſſe, uel Ariſtoxenia eſſe paradoxa, cuius authoris opiniones & Boëthium & Ptolemæum, huius diſciplinæ proceres, irriſiſſe, abieciſſe, exploſiſſe. Ipſe Hercules Frãchinus de octo uulgatis Modis nõ minus quàm uulgus dubitauit. In hoc enim libro, laborum ſuorum ultimo Hypomixolydium non eſt auſus nominare, quem libro 1. Practices cap. 8. & 14. utiq; nominauit, ſed aliorum, inquit, imitatione. Verũ ſi non licet repetere diapaſon ſpecies, id enim impedimenti ipſe hoc ultimo opere adferre uiſus eſt, ne hypermixolydius quidẽ πολεμαῖον τὸ ἔυρημα erit Modus, cum eius diapaſon ſit prorſus Hypodorij, ut ſequenti libro oſtendemus. At in hoc opere Franchinus, omiſſo Hypomixolydio, qui cum Dorio eandem habet octauam, & noſter octauus eſt, Hypermixolydium cõmemorat, ſcilicet, ut cum uulgata omnium opinione octonarium modorum numerũ colligat ac authoritate ſua firmet. Cum reuera, ut ſeptẽ duntaxat ſunt diapaſon ſpecies, ita ſeptem tãtum ad eam formam ſunt Modi, quos adhuc ſeruat Eccleſia, cum octauo, qui primi Modi habet inuerſum ſyſtema, quemadmodum libro ſequente dicturi ſumus. Septem itaq; Boëthij Modis, Hypodorio, Hypophrygio, Hypolydio, Dorio, Phrygio, Lydio, ac Mixolydio, & uni Ptolemæi Hypermixolydio, Ariſtoxenum ait Franchinus, qui inq; hos adieciſſe modos: Hypoiaſtiũ, Hypoæolium, Iaſtium, Æolium ac Hyperiaſtium, atque ita tredecim effectos, ſed in his quinq;, authoritate Bryennij, reiectis, cum Hypomixolydij nomen non inueniret, ignorans eundem eſſe cum Ariſtoxeni Hyperiaſtio, cõfugit ad Ptolemæi Hypermixolydiũ, ut ſic ſaltem pulchellus ille octonarius Modorum numerus non periret. Verum de his Lector noſtrũ iudicium ſuo audiet loco. Nunc Franchini ex eodem, quem diximus, libro, uerba ſubijciamus, ut lector ipſe diſpiciat huius uiri de Modis iudicium, poſtq; enim

de ſe-

de ſeptem Boëthij, ac octauo Ptolemæi Modis diapaſon ſpecies numeraſſet, continuo hæc ſubnectit. Hos tantum octo Modos poſteritas noſcitur celebraſſe, quoniam in gyrum ducti immutabilis & perfecti quindecim chordarum ſyſtematis integram diatonice cõpræhendunt extenſionem, quo fit ut reliquos quinq; Modos, quos Ariſtoxenus commemorat, Hypoiaſtium, Hypoæolium, Iaſtium, Aeolium & Hyperiaſtium, ad ſenſibilem pleni et integri ſyſtematis harmoniã inutileis (ut Bryẽnij uerbis utar) uanam ſolum Harmoniæ demonſtrationẽ afferentes exiſtimauerint. Sed hos quidem Modos Martianus quindecim numerat, quos ſecundo Inſtitutionum diuinarum & humanarum rerum Caſsiodorus ita diſpoſuit, ut ſingulorum conſtitutiones à ſe inuicem ſola ſemitonij intenſione remiſsioneue ſuperentur. At cum unaquæq; conſtitutio diapaſon æquiſonantiã duodecim ſemitonijs ſecundum Ariſtoxenũ perficiat, duo ipſi acutiores Modi Hyperæolius & hyperlydius & diminuti ſunt, quippe qui in pleno quindecim chordarum ſyſtemate diapaſon non uidẽtur implere, & ſuperflui comperiuntur. Nam duobus ſemitonijs ipſum diſdiapaſon ſyſtema ſuperuadunt. Verum cum hæc auditui perceptu difficilia uideantur, ut prę oculis diſcentibus appareant, diagrammatis dimẽſionem hoc ordine ſubijcimus.


Bryennii

Hæc ille.

Dodecachordi

Typus xv Modorū Mar. Capellæ

ſecundum Franchini opinionem.



Hæc

HÆc Franchinus. Qua in tractatione planè oſtendit ſe nihil certi adferre potuiſſe, ut lectori difficultatem hanc luculẽtis aperiret rationibus; quoniã nomina ita cõfundit, ut altera pro alteris uſurpet, nũc Bryennij authoritate quinq; Ariſtoxeni Modos inutiles uocãs, nũc Martiani Cappellę duos & ſuperfluos & diminutos taxãs. Cũ enim Ariſtoxeni treſdecim enumeraſſet Modos, hoc eſt octo, quos ipſe ait omnẽ antiquitatẽ celebraſſe, Hypodorium, Hypophrygium, Hypolydium, Dorium, Phrygiũ, Lydium, Mixolydium, ac Hypermixolydium, et quinq;, quos ipſum Ariſtoxenum adieciſſe dicit, Hypoiaſtium, Hypoæolium, Iaſtium, Æoliũ, & Hyperiaſtium, denicq; duos à poſteris adiectos, Hyperęolium & Hyperlydiũ (Hyperlydium omnes legũt, nos hyperphrygium, ſed id poſtea explicabitur) quos & diminutos eſſe, & ſuperfluos probat. Mox in typo, quem hic adpoſuimus, non hos Ariſtoxeni XIII Modos & duos ſuperductos, ſed Capellæ XV enumerat, etiamſi titulum de Ariſtoxeni & duobus adiectis Modis præſcripſerit deductionem. Quod Lector indecolligere poterit, quoniam apud Capellam princeps Mixolydius non eſt, neq; Ptholemæi Hypermixolydius, ſed neq; noſter hypomixolydius. Apud Ariſtoxenũ uero quinq; de Martiani numero deſunt Modi, nempe omnes cum τῶν ὑπάτων compoſiti, excepto uno Hyperiaſtio, qui eſt noſter octauus Hypomixolydius, pro quo Martianus Hypermixolydiũ Ptholemæi neglexit. Duo igitur Modorum nomina de numero Ariſtoxeni omittit Capella, Myxolydium & Hypermixolydium. Ariſtoxenus autem quinq; de Martiani numero, ut diximus. Quare non oportebat, propoſito Ariſtoxeni Modorũ numero, Martiani continuo adijcere in typo numerum, cum in tot diſcõuenirent. Quod ingens argumentum eſt Frãchinum, quæ apud authores tam frequentia uiderit, nec ipſe explicare potuerit, ne ignorantia pręteri; ſſe tàm uulgata uideretur, rem propè deploratam, & quam nemo in poſterũ intellecturus eſſet, utcunq; Lectori indicaſſe ſatis eſſe ratum. Alioqui qua eſt diligẽtia, nõ taciturũ fuiſſe certũ habeo, neq; negotiũ, ſi modo intellexiſſet, neglecturũ. Sed nos altero uolumine, Deo fauẽte, oſtẽdere conabimur hanc oẽm difficultatẽ non tã ex re ortã, atq; ex multiplici nominum appellatitione, plura enim q̃ 20. ſunt horũ Modorũ nomina quibus ſeptẽ diapaſon ſpecies adpellãt. Ariſtoxeni tñ nomenclaturã potiſſimũ imitabimur, quæ q̃d ad Modos attinet, nobiſcũ nõ pugnat. Sed neq; cũ Boëthio, etiãſi in alijs inter eos nõ cõuenit. Porrò neq; Frãchinus, neq; Capella, meo q̃dẽ iudicatu, Ariſtoxenum intellexiſſe uidẽt. Caſſiodori aũt cõſtitutio in totũ cũ Boëthio pugnat, ut eq̃dẽ miror Frãchinũ, optimũ Boëthianę eruditionis aſſertorẽ, eã reprehẽdere nõ auſum. Sed et nos, qñ huiuſce negocij fundamẽta nondũ iecimus, multis uerbis eã refellere nõ duximus faciundũ, luce clariora omnia facturi, poſteaq; ſerio, & ex noſtra opinione hæc tractare cepimus. Hoc interim Lectorẽ ſerio admonemus, Quãuis ingentẽ nominũ coaceruationẽ nihil mutare de Modorũ natura. Nec fieri poſſe ullo pacto

ut plures reuera ſint Modi q̄ diapaſon ſpecies, quō cūq. n. inſtituat Harmonia, neceſſario in has ſeptē diapaſon incidet ſpecies, Hic cardo eſt, hęc ſūma totius negocij. Ideoq; nomina nō turbēt nos, manet certè, manet inq̄ rerū immutabilis ordo in infinitū multiplicatis nōibus. Vnde haud immerito, idē Frāchinus arguit, cū alia tàm argute tractauerit, ſedulaq; cura aduuerit, hęc nō animaduertiſſe. Neq;. n. ipſum latuit diuiſio Arithmetica Harmonicaq; in diapaſō ſpeciebus, q̄ppe quā ipſe in prioribus opibus docuerit. Sed illud quoq; rephēſione dignū, q̄d cū uulgo quatuor finaleis ponit claueis in ſeptē diapaſon modulis, reiectis tribus, cū una dūtaxat ♮ reijciēda eſſet. Verū enimuero, q̄nq̄dē Franchinus Martianū Capellā citat authorē, omiſſis eius uerbis, ea hic ſubijcere placuit, ut lectori integrū hac de re ſit iudiciū, ſimulq; uideat q̄ bene, imò q̄ male Caſſiodorus ea ad hāc, quā Frāchinus deſcripſit formā adaptauerit. Tropi uero ſūt (inquit Martianꝰ) 15. Sed prīcipales 5. q̄bus bini cohęrēt. Lydius, cui adhęrēt ὑπερλύδιος et ὑπολύδιος. Secūdus Iaſtius, cui ſociat, ὑποιάστιος & ὑπεριάστιος. Itē Æolius, cū ὑποαιολίῳ et ὑπεραιολίῳ. Quartus Phrygius cū duob9, ὑποφρυγίῳ et ὑπερφρυγίῳ. Quintus Dorius cū ὑποδωρίῳ et ὑπερδωρίῳ. Hęc Martianus. Principales 5. poſuit cū binis cohęrētibus, ut omnino eſſent 15. At nos ſex principes cū ſingulis plagijs, ut Ariſtoxenus, ponemus, ut ſit nūrus 12. Omiſſis hypmixolydio, q̄ Ptolemæi eſt, & hypęolio hypphrygioq; q̄s poſteri adiecerūt. Sunt autē principes ñri ſex. Dorius, Phrygius, Lydius, Mixolydius, Aeolius et Iaſtius, ſiue (utroq;. n. modo reprias) Ionicus. Plagij item 6. cū τῷ ὑπὸ cōpoſiti, Hypodorius, Hypophrygius, Hypolydius, Hypomixolydius, Hypoęolius, Hypoiaſtius q̄ & Hypoionicus. Hi ſunt ueri indubitati 12 Modi, de q̄bus ſequētis libri cōmētationē ſuſcepimus. Hypomixolydiū Ariſtoxenus Hypiaſtiū uocat ad exēplū aliorū cū τῷ ὑπὲρ, cōpoſitorū Modorū. Nā eoſdē principes cū τῷ ὑπερ, ſi q̄s cōponat, ſex p̄terea inueniet Modos, ſed qui in alios ita recidāt, ut Ariſtoxeni hypiaſtius in Hypomixolydiū, & Ptolemęi Hypmixolidius in Hypodoriū, nō ſecus Hypodori9 in Hypoæoliū, Hypphrygius in Lydiū, Hiperlydius in Hypoionicū uel mixolydiū, & Hypęolius in Hypophrygiū cadūt. Cōſtat itaq; hāc difficultatē totam in nōibus eſſe, non in rebus. Sed nulla neceſſitas nos cogit ad multiplicanda nōia, quę minuere q̄ augere malimus, q̄ppe quę ingēs errorū chaos huius diſciplinę, pfeſſoribus peperūt. At q̄n hęc nōdū certis ſunt ſubſtructionibus firmata, ne Lectori tenebras offundere uidear, omiſſis aliorū opinionibus, ac multis alijs, quę in hac arte p̄terea dici poterāt preceptionibus, ad noſtra ſeq̄nti uolumine felici auſpicio ꝓperemus. Quod bonū fauſtū felixq; ſit toti Chriſtianæ religioni, omnibus uotis p̄camur. Hic. n. unicus noſter eſt ſcopus. Teſtis eſt mihi, in cuius honorem hunc moleſtū ſuſcepimus laborem, CHRISTVS Deus Opt. Max. Dei Opt. Max. filius. Quibus unà cū Sancto Spiritu iugis ac ſempiterna ſit gloria. Amen.

Dodecachordi libri I. Finis. Henri-

Henrichi Loriti Glareani, Patritij Claronenſis apud Heluetios, Dodecachordi, Liber II.

Quo pacto uere Modorum diſcrimen ſumendum, Cap. I.

HACTENVS omnia, quæ uiſa ſunt neceſſaria, huius ſcientiæ principia, partim quę Theoricen, partim quæ Practicen attingebant, breuiter atq; ut puto, dilucide enarrauimus. Reſtat nunc pars laboris noſtri altior atq; ſublimior explicãda, quæ uelut promiſſionis ſcopus, & huius meæ nauigationis portus uideri debet. Nempe de duodecim priſcorum muſicorum Modis, ut dignam tractationem noſtræ ætatis hominibus oſtendamus, doceamúsq;, non temere initio horum librorum dodecachordon hanc commentationem à nobis appellatam. Multis ſanè eruditis uiris hac tempeſtate παράλογον uiſum eſt, cũ de duodecim Modis à nobis fieret mentio. Qui ipſi octo duntaxat norant, alij etiam tres ſufficere clamitabãt, ut, re, mi, quemadmodũ ludionum uulgus habet, eiusq; opinionis præter Athenæum afferebant authorem nõ hercle malum Porphyrionem ſuper Horatium duobus id locis docentem. Verum enimuero, nõ fraudabunt digna reſponſione, ſimul atq; eam rem tractare poſtea cœperimus. Hoc potius mecum merito quis mirari poterit, qui fiat, cum plures ſibi uideantur egregij muſici, cæterum rogati quo pacto ipſi Modos diſcriminent, ne unum quidem uerbum reſpondere digne queant. Nam quod alij propter finalem clauem, alij propter uarias diapente ſpecies ſeparatos contẽdunt, nõ ſatis faciunt cordato Lectori. Finalis enim clauis poſtea inuẽta eſt, nec ſemper eodem ſeruata modo, ut uſus conuincit, & nos priore libro cap. 12. ſatis clare oſtendimus. Et duorum Modorum eadem finalis clauis, cõmunisq; diapente idem redarguunt. Quare neceſſarium eſt, ut altiora hac de re ueritatis ueſtigia inquiramus. Modi igitur muſici quas Gręci harmonias (ut Plato lib. 3. de re pub.) uocant, nõ aliter diſtinguuntur, atq; ipſæ ſeptem diapaſon ſpecies ex quibus conſtituuntur. Diapaſon autem ſpecies ſumunt ex uario hemitoniorum loco, quod et ipſum ſuperiore uolumine cap. 8. de omnibus conſonantiarum ſpeciebus ex Boëthio docuimus. In diateſſarõ enim conſonantia, cum ſint quatuor chordæ, & tria interſtitia, tria ſemitoniorum


niorum loca cum binis tonis eueniunt. In diapente quinq; nerui, quatuor interualla, quatuor itē hemitoniorū loca efficiunt, cū ternis tonis. Denicq; in diapaſon cum ſint octo Phthōgi ſiue uoces, ac ſeptem interualla, ſepties bina hemitonia, cum quinis tonis loca uariāt, tanta uis eſt hemitoniorum minorum in diatonico. Quare non parum errant qui octauum noſtrum Modum à primo ſeparant natura, cum eadem ſit utriuſq; Modi diapaſon ſpecies, uidelicet quarta. Sed id poſtea clarius.

Quid ſyſtema, quæ Modorum nomina, qui cuique diapaſon ſpeciei Modus aptandus, Cap. II.

VEteres igitur Græci eoſdem & tropos & ſyſtemata, & harmonias: Latini & Modos & conſtitutiones uocabant. Boëthius autē lib. 4. cap. 14. Conſtitutio (inquit) eſt, plenum ueluti modulaminis corpus ex conſonantiarū coniunctione conſiſtens. Quale eſt Diapaſon uel diapente, & diateſſarō uel diſdiapaſon. Eſt enim diapaſon cōſtitutio à Proslambanomene in meſen, cæteris, quę ſunt mediç, uocibus annumeratis. Vel à meſe rurſus in neten hyperbolæon cum uocibus interiectis. Diſdiapaſon autem à proslambanomene in neten hyperbolæon, cū his quæ in medio ſunt interpoſitæ, conſyderatur. Si quis igitur ſeptem diapaſon ſpecies quæ ſunt à proslambanomene ad paraneten hyperbolæon (hoc eſt ab A, magno, ad g, paruum) totas faciat acutiores uel in grauius remittat, ſeptē efficiet à proslambanomene in altum Modos, quorū nomina ſunt hæc: Hypodorius, Hypophrygius, Hypolydius, Dorius, Phrygius, Lydius, ac Mixolydius. Hæc ferè ex Boëthio. Sed id latius explicandū eſt, à proslambanomene enim ad Meſen, hoc eſt in Guidonis ſcala ab A, ad a, Modus uocatur hypodorius, qui eſt omniū grauiſſimus. Rurſus ex hypate hypatō in parameſen, hoc eſt à B, ad ♭, Hypophrygius. Ex parhypate hypaton ad triten diezeugmenon, hoc eſt à C, ad c, Hypolydius. Ex lichano hypaton in paraneten diezeugmenon, id eſt, ex D, in d, Dorius. Ex hypate meſon in neten diezeugmenon, hoc eſt, ex E, in e, Phrygius. Ex parhypate meſon in triten hyperbolęon, id eſt, ex F, in f, Lydius. Ex lychano meſon in paraneten hyperbolæon, hoc eſt, ex G, in g, Mixolydius. Hæ ſunt, quæ totū negotium uerſant, ſeptem illæ diapaſon ſpecies, quæ tamen diſdiapaſon, maximū in muſicis ſyſtema, non implent, ſed tono deficiunt. Quod Ptolemæus uidens, à meſe in neten hyperbolæon, hoc eſt, ab a, ad

Aa, geminatũ, ſyſtema, natura cum primo, quod hypodorĩ eſt, prorſus idem, adiecit, conſtituitq; octauum Modum, ab Hypodorio nihil differentem, eum autem Hypermixolydium uocauit, atq; totum ſyſtema diſdiapaſon hoc pacto completũ eſt. Sua uero cuiuſuis Modi proslambanomene eſt infima chorda, ſua item nete, ſuprema, de meſe duplici ſtatim ſumus dicturi. Bini item Modi diapente habent communem. Eſt autem hic ordo abſq; ſynemmenon tetrachordo ſimplex ac uniformis. Neq; ulla omnino eſt cantilena quæ non in aliquam iſtorum Modorum formulã cadat. Cantilenæ enim quę hodie ſynemmenon tetrachordon cum meſis iungunt, olim in tertia diapaſon ſpecie à C, ad c, inſtituebant, ut priore libro diximus.

Sed huius rei hæc ſit deſcriptio.



Ex hoc igitur typo plane apparent hemitoniorum loca in ſingulis diapaſon ſpeciebus. Prima enim ſpecies Aa, quæ hypodorĩ eſt, ſua ſemitonia habet tum ſecundo, tum quinto loco. Secunda uero Bb, Hypophrygĩ, primo & quarto. Tertia Cc, Hypolydĩ, tertio ac ſeptimo. Quarta Dd, Dorĩ, ſecundo ac ſexto. Quinta, Ee, Phrygĩ, primo ac quinto. Sexta Ff, Lydĩ, quarto ac ſeptimo. Septima Gg, Mixolydĩ tertio ac ſexto, nec in diatonico plures diſpoſitiones intra quatuordecim chordas inueniri poſſunt.

Quomodo ex cõnexione diateſſaron ac diapente XXIIII diapaſon ſpecies fiant, è quibus XII reĩciuntur, XII recipiuntur,

Caput III.

SEd id quoſdam mire angit, ac me quoq; olim ſollicitum habuit, quo pacto fieret, ut ex quatuor ac uiginti diapente ac diateſſaron cõnexionibus (tot enim ſunt, ſi quidẽ uel ſingulis diapente ſpeciebus ſuperne inferneq; ſingulas diateſſaron ſpecies, uel contra, ſingulis diateſſaron ſpeciebus ſuperne inferneq; ſingulas diapente ſpecies, utrunq; enim fieri cõmode poteſt, connectemus) ſeptẽ duntaxat naſcantur diapaſon ſpecies. Quod ut Lectori luce clarius appareret, totũ negociũ ſub oculos craſſiore minerua poſuimus, ut unico aſpectu iudiciũ inde ſumere queat, quomodo hæ naſcantur, ac uelut ſub pullulaſcãt, tũ quę utiles, quæ reĩciendę in diatonico ſpecies. Sed hoc antea monendus eſt lector, Diuiſionẽ diapaſon in diapẽte ac diateſſaron, ut priore libro admonuimus, bifariã fieri, priore quidem modo ut diateſſaron ſupra diapente loceť, ac tum uocari à muſicis mediationem (nam ita nouo uerbo hanc uocant diuiſionem) harmonicã, quod eã harmonia admittat, ſonat enim optime hæc conſtitutio, ſi treis in chordas ponatur. Altero modo, ut diateſſaron infra diapente ponatur, tũ uero à muſicis arithmeticam dici mediationem, quippe quæ numero conſtet, nõ harmonia, ſi enim in treis conſtituatur chordas hæc conſtitutio, nõ ſonat. Cæterum inter has ſequentis typi connexiones diatonicum genus 12. accipit, totidemq; abĩcit. Porrò quatuor de cauſis totidem abĩcit, uel quod quatuor tonos habeant continuos, ut ſi quis primæ ſpeciei diapente re, la connectat, ſuperne tertiam daiteſſarõ ſpeciem ut, fa. Vel quod quinq; etiam tonos continuos, ut ſi quis ſecundæ diapente ſpeciei mi mi ſuperne eandem diateſſaron ſpeciem ut, fa annectat. Vel quod unũ duntaxat tonũ inter duo hemitonia minora habeant, ut ſi tertię ſpeciei diapẽte fa fa, ſuperne adĩcias primam diateſſaron ſpeciem re, ſol. Vel poſtremo quod duo habeant

beant hemitonia minora continua. Vt ſi eidē tertiæ diapente ſpeciei, fa ſa, cōnectemus ſuperne ſecundam diateſſaron ſpeciē, mi, la. Itaq; relinquunt duodecim connexiones, reliquæ 12. reſiciunt. Ac inter priores duodecim ſex arithmeticè, ſex itē Harmonicè diuiduntur. Sed huius rei hic eſt typus.

Typus xxiiii conſtitutionū diapaſon ex diapente ac diateſſaron connexionibus, è quibus 12. ꝓbantur, totidemq; reſiciuntur.

VI	Primus	Ternæ diateſſaron ſpecies.	ſol	la	fa	ſol	la	fa	ſol	la	fa
			fa	ſol	mi	fa	ſol	mi	fa	ſol	mi
			mi	fa	re	mi	fa	re	mi	fa	re
			re	mi	ut	re	mi	ut	re	mi	ut
		HIII. diapente ſpecies.		la			mi			fa	
				ſol			re			ſol	
				fa			ſol			mi	
				mi			fa			re	
			D	re	E		mi	F		fa	G
		Ternæ diateſſaron ſpecies.	ſol	la	fa	ſol	la	fa	ſol	la	fa
			fa	ſol	mi	fa	ſol	mi	fa	ſol	mi
			mi	fa	re	mi	fa	re	mi	fa	re
			re	mi	ut	re	mi	ut	re	mi	ut
VI.	Secundus										

Reiectus propter quatuor tonos continuos.

Nonus. Secundus inuerſus, hoc eſt, harmonice diuiſus.

Reiectus propter quinq; continuatos tonos.

Tertius

Reiectus propter quatuor tonos continuos.

Reiectus propter duo hemitonia continua.

Quintus

Reiectus propter unū diaxat tonū inter duo hemitonia.

Vndecimus. Quintus nouus, uel ſextus uetus inuerſus, id eſt, harmonice diuiſus. Reiectus quod unum duntaxat tonū habet inter duo hemitonia.

Septimus

Impares

Reiectus propter duo hemitonia minora continua.

Quartus

Reiectus quod unū duntaxat tonum habet inter duo hemitonia.

Sextus

Reiectus propter quinq; continuatos tonos.

Reiectus propter quatuor cōtinuatos tonos.

Octauus, uel primus inuerſus, id eſt, arithmetice diuiſus.

Duodecimus

Pares

Reiectus quod unum duntaxat tonum habet inter duo hemitonia.

Decimꝰ Tertius inuerſus, hoc eſt, arithmetice diuiſus.

Sextus nouus uel ſeptimus inuerſus, id eſt, arithmetice diuiſus. Reiectus propter quatuor cōtinuatos tonos.

Harmonica diuiſio hęc

Arithmetica diuiſio.

ſub quo Proſe

Quomodo


Quomodo ex duodecim diapa

ſon ſpeciebus ſeptem duntaxat fiant, Cap. IIII.

QVanqam aũt ex his quatuor ac uiginti cõnexionibus duodecim ſunt diapaſon formulæ, reuera tamẽ ſeptẽ dũtaxat ſunt ſpecies diapaſon natura diſtinctæ. Ex his enim duodecim quinq; in ſeptẽ recidunt, q̃d breuiter oſtendendũ eſt in omnibus. Si enim quis accipiat primã diapente ſpeciẽ re, la, ac ſuperne ei annectat ſecundã diateſſarõ ſpeciẽ mi, la, efficiet ſyſtema Hypodorij, hoc eſt, uulgo ſecũdi Modi, ſed diuiſum harmonicõs cũ in ſecũdo Modo diuidatur arithmeticõs. Hic Modus Æolius dicit Ariſtoxeno, quo Modo Adam ab Fulda uſus eſt in tenore: O uera lux et gloria. Et eccleſia in plæriſq; cãtilenis, ut poſteaoſtẽdemus. Itẽ ſi eidem ſpeciei diapente re la, eandẽ ſecũdã diateſſarõ ſpeciẽ mi, la, cõnectes inferne, Phrygij, hoc eſt, uulgo tertij Modi naſcet ſyſtema, ſed diuiſum arithmeticõs, cũ tertius harmonicõs diuidat. Hic Modus ab eodẽ Hypoæolius dicit. Ad quã formã eſt Reſponſoriũ: Circundederũt me, & multa, ut uocãt, Gradualia paſcali tẽpore. Tertio, ſi quis accipiat quartã diapente ſpeciẽ, ut, ſol, ac inferne ei annectat primã diateſſarõ ſpeciẽ re, ſol, efficiet Doriũ diuiſum Arithmeticõs, hoc eſt nũc noſtrũ octauũ Modũ, quo ueteres Eccleſiaſtici mirẽ delectati ſunt, hic ab eodẽ Hyperiaſtius nominatur, nos Hypomixolydiũ nominamus. Noſtra ætate paucos uulgo tenores ad eũ Modũ effingere poſſunt ſymphonetę: à ueteribus tamẽ ſumptos elegãtiſsimẽ tribus adiectis uocibus cõponũt. Vt uidere licet in plurimis cãticis. Quarto, ſi rurſus acceperis quartã diapente ſpeciẽ, ut, ſol, ac ſuperne ei tertiã diateſſarõ ſpeciem, ut, fa, adieceris, emerget Hypolydij ſyſtema, hoc eſt, quinti, ut nũc utimur, Modi, qui fa, habẽt in b, claue, diuiſum harmonicõs, hic Ariſtoxeno Iaſtius, Porphyrioni in Horatiũ Ionicus dicit. Eidem quartæ ſpeciei diapẽte, ut ſol, cõnecte inferne eandẽ tertiã diateſſarõ ſpeciẽ ut fa, effices, ſextũ quo nunc utimur Modũ, qui fa habet in b, claue, ſed ſyſtema eſt Mixolydij, hoc eſt, nunc ſeptimi uulgo Modi, diuiſum arithmeticõs. Atq; hic eſt Hypiaſtius apd Ariſtoxenũ nobis Hypoionicus. Porrò Hypophrygius, hoc eſt, noſter quartus harmonicõs, & lydius, hoc eſt, uetus quintus arithmeticõs, pprie ita diuidi nõ poſſunt in diatonico, q̃d uoces in cõfinio diapente ac diateſſarõ ſibi inuicem ita obuiam ueniãt, ut altera ex parte ſemidiapente, altera tritonus relinquat. Et octauus noſter nõ eſt ille Ptolemæi octauus. Nã hic cũ Hypodorio idẽ habet ſyſtema, nempe primã diapaſon ſpeciẽ, ille aũt cũ Dorio quartã quanq; diuiſus arithmeticõs. Hoc pacto quatuordecim futuri erãt Modi ex ſeptẽ diapaſon ſpeciebus harmonicõs arithmeticõsq; diuiſis, ſi ſecunda ſextaq; ita bifariã, ut aliæ diuidi, potuiſſent. Quod cũ fieri neq;t, manſerunt nobis duodecim Modi

propria

proprie ex ſeptem diapaſon ſpeciebus. Sed huius rei alium typum ponere placuit, ad lectoris memoriã fortius iuuandam. Si modo hoc prius admonuerimus. Hoſce duos Modos improprie diuiſos, iuniores poſt Ariſtoxenum adieciſſe Hyperæolium ac hyperlydium uocatos (quanq̃ ego alterũ non Hyperlydium ſed Hyperphrygium nominandum exiſtimo, ut poſtea adnotabimus.) Qui quod diuiſionẽ iſtam per diapente ac diateſſaron nõ habeãt, tũ quod Ariſtoxenus, cuius nomẽclaturã hic ſequimur, eos neglexiſſe uiſus ſit, ne nobis q̃dẽ in eũ ordinẽ recipiẽdi uidebãt. Dabimus tamẽ ſuũ eis locũ in enarrãdis 7 diapasõ ſpeciebus. Hoc lectorẽ ſemel admonuiſſe ſat eſt, ne ſit opus denuo poſtea admonere. Sed nũc typũ ponamus.




Quid ætas noſtra immutaſſe in his Modis uideatur, & quatenus id fieri liceat, Caput V.

EX his liquet omnem ætatem aliquo pacto recte uſam Modis, etiãſi id non ſtatim apparet. Neq; enim natura eorũ facile mutari poteſt apud induſtrios. Cæterum commutatione fieri poteſt, ut ex altero in alterum abeatur, ſępe unius duntaxat ſemitonij mutatione, natura prorſus mutata. Ita noſtri ſexto uetere ac ſeptimo inuerſis, Quintum ac ſextum nouos fecere duos Ionicos, in maiore nunc uſu quã Lydios, quẽadmodum ueteres Eccleſiaſtici, inuerſo primi Modi ſyſtemate octauũ fecêre Modũ elegantiſſimum ſanè ac ſuauiſſimum, hoc eſt, Hyperiaſtium Siue Hypomixolydium. Vetus enim ſextus ex tertia diapaſon ſpecie, Cc, mi habebat in b, claue, quam duritiem, ut euitarent noſtri muſici, ſextum nouum fecerunt, ſed ita ut inciderent in ſeptimi Modi ſyſtema, diuiſum arithmeticôs, cum ſeptimus ſit Harmonicôs. Eodem modo de quinto uetere dicendum, cuius dum aſperitatem mollire uellent, ut ex diezeugmenon tetrachordo in ſynemmenon deflecterẽt, factum eſt, ut in ſexti ueteris hoc eſt Hypo Lydij ſyſtema inciderent diuiſum harmanicôs, cum ſextus Arithmeticôs eſſet diuiſus. Hæc ideo tot uerbis egimus ut oſtenderemus Lectori, quã nihil certi docere potuerint, qui hac tempeſtate multis uerbis octo nobis Modos, ſiue tonos, ut ipſi apellant, exhibuerunt, nec tamen cõnumerato eo, quem Ptolemæus adiecit, ſed inuerſo primo. Cum eadem de cauſa, qua noſter octauus alius eſt Modus à primo, quem inuertit, duodecim iure eſſe poſsint Modi. Quid enim non etiam ſecundus ac tertius inuerſi nomina Modorum habent? Cum ſextus uetus ac ſeptimus inuerſi, hodie nomina quinti ac ſexti Modorum uulgo obtinuerint? quibus tamen nos alia dedimus nomina, nõ certa omnino ratione ordinis ſeruata, quippe quem nec ueteres ſeruarunt, ut poſtea enarrabimus, ſed ut duodenarius in appellandis Modis numerus, rebus ipſis reſponderet. De quarto ac quinto Modis alia ratio eſt, quod inuerti uere, ut alij nõ poſſunt, ut antea dictum eſt. Eſſentia igitur ſiue natura ſeptem duntaxat ſunt Modi, quia ſeptem dũtaxat diapaſon ſpecies, at ſi diuidere liceat Modos arithmeticôs ac harmonicôs, qui quidem uere diuidi poſſunt, duodecim erunt Modi, quibus multi eximij uiri uſi ſunt, tantum abeſt ut hæc πάροδοξα uideri debeant. Quinto ſanè uetere ac item ſexto noſtra ætas non tam frequenter utitur, ut nunc nouis eiſdẽ hoc eſt undecimo ac duodecimo, ſiue Iaſtio ac Hypoiaſtio, ut omni prorſus repræhenſione careãt, qui ſecundo tertióue inuerſis, hoc eſt, nono ac decimo

cimo ſiue Æolio ac Hypæolio utantur. Sed nunc eadem de re tam multa locuti ueniam à candido lectore petimus, ut boni conſulat, quod impetu quodam, rei ſcitu digniſſimæ explicationem longiorem, quàm forſitan decuit, inſtituerimus. Vnicum adhuc typum adijciemus in quo lineis notulas aptantes, ſeruatis nihilominus ſeptem diapaſon ſpecierum locis, omneisq; Modos bifariam ſecantes, adiecto etiam Ptolemæi Modo, ſexdecim conſtitutiones unico aſpectu proponimus. De quibus duæ reijciuntur, altera de ſecunda diapaſon ſpecie, altera de ſexta, ut ſæpe iam dictum eſt. Ptolemęi autem in primam recidunt ſpeciem. Manent igitur rurſus 12.

A a.


Hypodorij duo modi.



Secundus. Nonus ſiue Aeolius.

B b.


Hypophrygius unus.



Quartus. Reiectus. Hyperæolius.

C c.


Hypolydij duo modi.



Sextus uetus. Vndecimus: uel Quintus nouus, uel Iaſtius ſiue Ionicus.

D d.

Dorij duo.




Octauus. Primus.

Vel Hyperiaſtius, uel Hypomixolydius.

E e.

Phrygij duo.

Arithmeticũs. Harmonicũs.




Decimus. Vel Hypoæolius.

Tertius.

F f.

Lydius unus.

Arithmeticũs. Harmonicũs.




Reiectus. Hyperphrygius.

Quintus. Vetus.

G g.

Mixolydij duo.

Arithmeticũs. Harmonicũs.



Duodecimus Vel sextus nouus, uel Hypoiastius, siue Hypoionicus.


Septimus.

a A a.

Hypermixolydius.

Ptolemæi octauus.

Arithmeticũs. Harmonicũs.



Secundus.

Nonus.

Quod

Quod neceſſe ſit ponere duodecim Modos, ſiquidem octauus noſter ab aliis recte ſeparatus eſt, Caput VI.

VErum enimuero, quid pertinacia poſſit, cum multis ſciolis, & qui in Muſicis magnam ſibi uendicant eruditionem ſæpe experti ſumus. Qui propter unū alterúmue ſemitonij mutationem neutiq; totum ſyſtema mutari contendunt. Nam Synemmenon hūc eſſe cantum aiunt, ac uelut aduenticium, de ſubſtantia Modi nihil mutantem. Ineptius autem eſſe, propter ſyſtematis inuerſionem, alium aut effingere, aut exiſtimare Modum. Itaq; undecimum ac duodecimū noſtros à quinto ac ſexto ueteribus nullo pacto, propter unius ſemitonij in diapente eorum immutationem ſeparandos eſſe. Et quos nos nonum decimumq; fecimus, illi non dubitant primo ac ſecundo Modis annumerare. Primum quidē q̄d de ſemitonij uariatione aiunt, ſi de unius notulæ mutatione intelligunt, nihil eſt q̄d cum illis pugnemus. Fatemur enim talem uocē ſæpe in uſu eſſe ſed aduentitiā. Sin de toto cantu intelligunt, declinanda eſt hæc opinio. Quam inde falſam facile oſtēdemus. Si enim ſeptimus Modus in ſua diapente de tertio loco ſemitonium in ſecundum deiecerit, ut ex ut ſol fiat re la, prorſus incidet in primū Modum. Quo pacto Petrus Platenſis Miſſam: Puer natus, licenter immutauit. Ita conſimiliter tertius Modus, ſi ſemitonium in diapente unico leuauerit loco, ut ex mi mi fiat re la, in ſecundi Modi ſyſtema incidet. Sed id etiam apud eos abſurdum eſt, uel ſeptimū cum primo, uel tertium cum ſecundo eoſdē eſſe Modos. Quare nec quintus ac ſextus noui, nobis undecimus duodecimusq;, cum quinto ac ſexto ueteribus ijdem ſunt Modi. Quippe qui ex diapente fa fa fecēre diapente ſol ut, hoc eſt, ex tertia diapente ſpecie quartam, ſemitoniumq; in diapente habēt loco tertio, quod in ueteribus erat loco quarto. Quod autē de ſyſtematis inuerſione reprehendunt, abſurdū eſſe uel ipſorum teſtimonio conuincimus, qui octauum uulgo Modum à primo alioqui ſeparare nō poſſunt. De claui enim finali, quod clamant, ineptum eſt nugamentum, ut ſupra oſtendimus. Neq; enim finalis clauis ſyſtema ipſum mutat, ſed cōtra, finalis clauis alia atq; alia fit, propter ſyſtematis inuerſionem. Quare ſi octauus uulgò alius eſt Modus ab ſeptē illis ueris atq; indubitatis, idq; ob unicum ſyſtematis inuerſionem, neceſſe eſt quatuor reliquos Modos, nonū, decimum, undecimum, ac duodecimum, quos nos ita nominamus, etiam in Modorum numerum admittere, quod erat oſtendēdum. Quanq; aūt ꝑ nono Modo dicere poſſumus ſecundus Hypodorius, aut Æolius: pro undecimo, ſecundus Hypolydius, aut Ionicus: pro decimo ſecūdus

item Modis uertendis arithmeticôs harmonicôsq; cogitarunt. Sic ad hos octo Modos, quatuor præterea inuenerunt, ſed ſyſtemata eadẽ manſerũt, uidelicet, ut in octauo Dorij, ita in nono Hypodorij ſyſtema, in decimo Phrygij, in undecimo Hypolydij, in duodecimo Mixolydij manſit. Hypophrygius autem ac Lydius ſic uerti non poterant: ut antea oſtẽſum eſt, manet tamen in eis, etiamſi impropriè uertuntur, eadem diapaſon ſpecies. Cæterum hi quatuor ultimi, cum non minus eſſent ueri Modi, ex ſyſtematum inuerſione nati, atq; eſt octauus Modus, minus tamen curæ fuêre uulgo, neglectiq; uidentur, uel quod nõ omnibus noti, uel quia priores octo ſatis uidebantur ad omneis cantilenas conſtituendas, præſertim cum uulgò etiam treis dúntaxat habeamus in frequẽtiore uſu. Nos autem nouos hos, ut quibuſdam uiſum eſt, cum nihil minus ſint, Modos, ita ordinauimus, ut impari numero appellaremus Nonũ undecimumq;, qui harmonicôs diuiduntur, pari uero numero qui Arithmeticôs decimum duodecimumq;. Iam de eorũ appellationibus quid opus eſt pluribus? Nã Dorium à Doribus, Phrygiũ à Phrygibus, Lydium à Lydis dictos, ſiue ꝙd illos maxime in uſu habuerint, ſiue quod primi inuenerint, notius eſt quã quod explicari multis oporteat, ita Hypodorium, Hypophrygium, Hypolydium quod illorum eſſent plagij uel ſubiugales cõſimiliter nominatos, quippe qui cum ipſis cõmunes habeant diapẽte, cæterum diateſſaron infernè, quas eorũ authentæ ſupernè annexas habent. Mixolydius, quod cum Lydio habeat communionem, nominatur. Nam ipſe priore ſpecie, quem nos duodecimum appellamus Modum, eandem habet infernè diateſſaron, quã habet ſuperne Lydius in ſecunda ſpecie, uidelicet, ut fa,. Georgius Valla aſſignat rationem, quia à Lydio ſeparetur ſemitoniæo ſpacio, quod nos non ſequimur. Reliqui quinq; Modi apud Ariſtoxenum, ut idem Valla refert, ita nominantur. Hypoiaſtius, Hypoæolius, Iaſtius, Æolius, Hyperiaſtius. Ego Æolium puto noſtrum nonũ ſiue Hypodorium ſecundum, authoritate motus Heraclidæ Pontici, quem citat Athenæus lib. 14. ubi de Hypodorio locutus continuo hæc ſubnectit uerba: ἄυτη γάρ ἐϛι φησὶν ὁ Ἡρακλείδης ἥν ἐκάλεϵ Αἰολίδα. Hypoæolium autem noſtrũ decimum ſiue priorem Phrygium, qui rela diapente primã ſpeciem, communem cum Aeolio habet. Deinde ſecundam diateſſaron ſpeciem mi la, ille quidem ſupra diapente, hic infra habet. Iaſtium autem (quem Porphyrio in Horatium, & Lucianus in Harmonide Ionicum nominant) nos undecimum, ſiue Quintum nouum, ſiue Hypolydium ſecundum putamus. Hypolydium autem duodecimum noſtrũ ſiue ſextum nouum, habent enim diapente quartam ſpeciem ut ſol cõmunem, Diateſſaron uero ut fa tertiã ſpeciem, ille ſupernè, hic uero infernè, pulchra me hercle in his quatuor connexione, ut priorum octo in binis. Dorij cum Hypodorio,

Phrygius, nel Hypoęolius: deniq; pro duodecimo, ſecũdus Mixolydius, uel Hypoionicus, ſecuti tamẽ ſumus octaui, qui ſecũdus erat Dorius, aut Hyperiaſtius, ſecundũ numerum appellationẽ iam uulgo receptã.

De Modorum ordine, eorũque appellatione, Capnt VII.

SEd hoc quoq; notandũ, non eſſe adeò certã cauſam de Modorum ordine preſertim ut nunc uulgo habemus. Nam cum Hypodorius primã obtineat diapaſon ſpeciẽ, uidetur quibuſdã non iniuria eſſe primus, ac deinceps alij hoc ordine, Hypophrygius ſecundus, Hypolydius tertius, Dorius quartus, Phrygius quintus, Lydius ſextus, denique Mixolydius ſeptimus. Apud Gręcos autem Modorũ nomina nuda ſunt abſq; numero quantũ memini, idq; cap. 2. huius lib. ſecuti ſumus. Sed mihi uidet appellatio hæc Modorũ primum à gentibus nata, poſtq; quarta diapaſon ſpecie Dores oblectati ſunt, Phryges quinta, Lydij ſexta. Ita Doriũ, Phygium ac Lydiũ tres factos eſſe Modos, eosq; Principes in hac claſſe, qui etiãnum apud eos qui inſtrumẽtis ludunt, niſi q̃d Lydiũ in Ionicum mutãt, manet. Et in uniuerſitate cõcentuum Plinius ait Saturnum Dorio moueri. Iouẽ Phrygio. Mercuriũ Lydio. Inter quos Doriũ noſtri muſici primum nominarunt, potius q; uel Phrygium uel Lydium, etiam à gẽtibus nomina habẽteis, q̃d eius diapaſon ſpecies prior erat. Rurſus ijdem his tribus poſtea Plagios potius q; tres reliq̃s duces Mixolydiũ, Æolium ac Ionicum annexuerunt, q̃d cum ipſis cõmunes haberẽt diapente, inferne autẽ annexas diateſſaron, quẽadmodum Authentę ſuperne habebant. Ideoq; uulgus Hypodorium nominat ſecundum, q̃d primi, hoc eſt, Dorij eſſet Plagius, ſiue, ut nunc uocãt, ſubiugalis. Eadẽ eſt ratio de Phrygio, cur tertius diceretur, quod eius diapaſon proxima eſſet poſt Dorium, ſed tamẽ à Dorij Plagio loco ſecundo motus. Cõſimiliter ipſius tertij Plagius Hypophrygius, quartus eſt dictus, qui tamẽ effecit ut Lydius hoc loco motus, Quintus diceretur, eiusq; Plagius Hypolydius ſextus. Ita autẽ ſex diapaſon ſpecies ſuos habent modos. Quibus ſeptimus Mixolydius propter ſeptimã diapaſon ſpeciem iure ſuperadditus eſt. At ipſe Plagium habere non potuit ab alijs diſiunctum. Si enim diateſſaron, quã ſupra diapẽte habet, ei inferne adnectes, recidet in ſyſtema Dorij, ut ſæpe iam dictũ eſt. Eaq; cauſa fuiſſe uidetur primis Eccleſiaſticis, cur hunc Modum octauum nominarint, eumq; ſeptẽ alijs adiecerint Modis, ne Mixolydius ſolus inter quatuor apud eos principes Plagio careret. Cum uero eundẽ octauum à primo natura ſeparare nõ poſſent, neceſſitate coacti ad ſyſtematis conuerſionẽ confugerunt. Quod cum feliciter ceſſiſſe uiderent, de alijs

item

Phrygij cum Hypophrygio, Lydij cum Hypolydio, Denicꝙ mixolydij cum Hyperiaſtio, Et ut in his octo diuiſio Arithmeticôs Harmonicôsq́, ita hic Aeolius ac Iaſtius harmonicôs, Hypoeolius ac Hypoiaſtius Arithmeticôs diuiſi. Reſtat Hyperiaſtius qui hanc appellationem ita accepit, q̃d eſſet ſuper Iaſtiũ, ut Hypermixolydius à Ptolemæo quod eſſet ſupra Mixolydium, Eſtq́ noſter octauus, ſiue Dorij prior ſpecies diuiſa Arithmeticôs, ac Mixolydij plagius, à nobis Hypomixolydius, quippe cum quo habeat diapente ultimam ſpeciem ut ſol cõmunem. Deinde diateſſaron primam ſpeciem re ſol, Mixolydius ſuperne, Hyperiaſtius autem inferne. Et ex his quinꝙ Aeolius ac Iaſtius ab Aeolibus ac Ionibus nomina habent, quorum Plagij ſunt Hypoæolius ac Hypoiaſtius. Quintus uero Hyperiaſtius, ut iam diximus, à poſitu nomen quemadmodum Hypermixolydius inuenit. Sex igitur Modi harmonicôs diuiſi Aeolius, Iaſtius, Dorius, Phrygius, Lydius ac Mixolydius, apud noſtros de impari numero, ſex item Arithmeticôs Hypoæolius, Hypoiaſtius, Hypodorius, Hypophrygius, Hypolydius & Hyperiaſtius, apud noſtros de pari numero, longe alium ordinem hac ętate habẽt, q̃ꝙ meritò habere debebant ſecundũ ſeptem illas, è quibus manant, diapaſon ſpecies: quibus quidem ſua manſerunt nomina, quemadmodum ſupra capite ſecundo huius libri ex Boëthio, nominauimus. Denicꝙ ſex priores totam diapaſon ſupra finalem habent clauem, poſteriores uero ſex, diapente quidem ſupra, diateſſaron autẽ infra, quod priore libro & de paribus & imparibus ſatis copioſe dictũ eſt. Duo uero reiecti & improprie diuiſi Modi nomina eodem habent pacto, quo Hypmixolydius & Hyperiaſtius. Nã Hypæolius, qui utcunq́ Hypophrygium inuertit, cum nullum aliud habeat nomen, ita dictus uidetur, quod proximè ſit ſupra Æoliũ, ita Hyperphrygius quod proximè ſupra Phrygium, quem Politianus ac Franchinus Hyperlydium, haud ſcio quibus authoribus appellatum ſcribunt, quod ego planè non intelligo, niſi dicant alio pacto Hyperlydium dictum, q̃d ad Lydij ſyſtema uertat, quanꝙ improprie, ad q̃d exẽplar nullũ aliũ Modũ appellatũ inuenio.


Hactenus ſanè omnem mouiſſe lapidem, atq́ ſtrenuè luctati uidemur, cum tam portentoſa tot nominum turba, ceu quibuſdam monſtris, quæ authorum uſus ac proinde neceſſitas nobis expreſſit. Verum ne diutius lectorem moremur, néue unà nobiſcum hãc moleſtiam ferre cogatur, bonis auibus nunc conabimur ea Modorum nomina ad certam aliquã formulam conſtringere, quæ & arti ſit commoda, & qua nobis in poſteriori bus omnino ſtandum, ut ut apud authores deinde appellationes obuenerint, Quod niſi fecerimus, nõ uideo quid ſolidi fructus lector à nobis ſperare queat, cum nuſpiam alibi, in ulla diſciplina maiorem difficultatẽ cernamus, quæ tamen ipſa non re quidem, ſed maximè nominum uario uſu

orta

orta ſit. In primis autem, ne uel diſciplinam, uel diſciplinæ præcipuum decus Boëthium ipſum negligere uideamur, incõcuſſe ſeptem diapaſon ſpecies eiſdem nominibus nobis nominabuntur, quibus ille Cap. 14. libri 4. eos nominat, & nos ſuperius Cap. 2. huius uoluminis recenſuimus. Sunt autem hæc nomina Hypodorius, Hypophrygius, Hypolydius, Dorius, Phrygius, Lydius, Mixolydius, ab A magno ad g paruum, quibus Ariſtoxenus, cõuerſis quinq; diapaſon ſpeciebus, adiecit Aeolium, Iaſtium, Hyperiaſtium, Hypoæolium, & Hypoiaſtium, ita facti ſunt Modi XII. Alij duos præterea, à nobis reiectos, addiderunt Hyperæolium ac Hyperphrygium. Nos v i. principes harmonicôs diuiſos, quemadmodum priore libro diximus, Dorium, Phrygium, Lydium, Mixolydium, Aeoliũ, ac Ionicum conſtituemus, cum v i. plagijs Hypodorio, Hypophrygio, Hypolydio, Hypomixolydio, Hypoæolio, ac Hypoionico. Eamq; nomenclaturam toto deinde, quantum poterimus, ſeruabimus librorũ contextu, atq; adeò in ipſorum exemplorum ordine. Frãchinus certe, cui hæc diſciplina plurimum debet, quo pacto tamen Martiani Capellæ quindecim Modos ſeptem diapaſon ſpeciebus applicaret, ignorauit, prætexens Caſſiodori ordinationem, quam nõ tãtilli feciſſet, certo ſcio, ſi negocium ipſe intellexiſſet. Verum ne nihil dixiſſe uideretur, Typum exhibuit nobis, de quo præcedente diximus libro, non modo contra artem muſicam, ac artis uerum Præſidem Boëthium, ſed contra ſuam ipſius adeò traditionem. Lydij enim primam ac infimam chordam ſemitonio ſupra parhypaten Meſon ibidem conſtituit, Cum ipſe, unà cum Boëthio ubiq; fateatur in eadem parhypate Meſon locari Lydium, ut taceam quòd Aeolium eo in loco poſuerit, ubi aliâs Lydium ſolet. Sed non eſt diutius hic immorandum. Nunc huius rei, ut promiſſis ſatis faciamus, duos typos ponemus, nihil quòd ad ſitum attinet euariantes ab eo quem Frãchinus nobis exhibuit, ſed intra ſeptem diapaſon ſpecies priore typo Martiani nomenclaturam comprehendentes, altero Ariſtoxeni, qua utiq; nobis ſtandum, ut diximus. Porrò Martianus, quæ ab hypate Meſon ad neten diezeugmenon diapaſon eſt, eam tribus nominibus appellat, alias ſpecies binis tãtum. Quod ideo accidit, quod principibus binos dedit collegas. Id autẽ fieri non potuit, niſi in Phrygij ſyſtema caderent τὸ ὑπὸ καὶ τὸ ὑπάτῳ, pro eodem quidem Modo, in alijs non item, ut proximo typo inter duos facile cognoſci poteſt. Poſteriori uero typo adiecimus Ptolemæi Hypermixolydium idq; Boëthij exemplo. Placuit autem magis Ariſtoxeni nomenclatura, quod apud authores cum Latinos, tum Græcos eſt celebratior, nobisq; magis uſui.


Dodecachordi Xv Modorum apud Martianum Capel. Typus ad vii diapaſon

ſpecies à Proslambanomene ad Paraneten hyperbolæon, hoc eſt ab A ad g.



Ariſtoxe


Ariſtoxeni xii. Modorum Typus cum Ptolemæi uno ac duobus poſteriorum muſicorum à nobis iuſta de cauſa non receptis.



Verum


VErum enimuero, quoniã res uelut noua eſt, & rudibus nihil ſatis dici poteſt, deniq; alium alia iuuant, alios alia excitant, uidebor operæ pretium facturus, ſi, quę diximus, multis ac uariis modis tractentur. Sic enim fore confidimus, ut Lectoris animus facilius ea percipiat, deinde percepta, roborata iam memoria, fortius teneat. Faciamus igitur duplicẽ Modorum, ut antea indicauimus, ordinem. Alterum authentarum, alterum Plagiorum, quæ uocabula nunc ſunt, & uulgò, & apud huius artis profeſſores recepta, nec inepta huic negocio, ut ego arbitror. Harmonicῶs igitur diuiſii. Authentæ γνήσιοι ſunt ſex, Dorius, Phrygius, Lydius, Mixolydius, Æolius ac Ionicus. Vnus Nothus Hyperæolius. Sex item Phrygij γνήσιοι, arithmeticôs diuiſi. Hypodorius, Hypophrygius, Hypolydius, Hypomixolydius, Hypoæolius, ac Hypoionicus. Vnus item nothus Hyperphrygius. Apud me nõ referet quo pacto quis uel hos, uel illos appellet. Quidam Authentas δεσπότας, Plagios δούλους, hoc eſt, latinè dominos, ac ſeruos uocant. Quidam modeſtius, illos magiſtros, Patronos triumphanteis, Plagios uero famulos, clientes ac ouantes appellant, ſit unicuiq;, per me licebit, liberum, ut uolet nominare.

Authentæ ſex harmoniacῶs diuiſi.



Dorius. Phrygius, Lydius, Mixolydius, Aeolius, Ionicus.


Plagij item ſex arithmeticῶs diuiſi.



Hypodorius, Hypophryg. Hypolydo. Hypomixol. Hypoæol. Hypoioniaus.

Septem

Septem diapaſon ſpecies binis modis Harmonicôs ac Arithmeticôs diuiſis.



De chordarū grauitate & acumine, ac ſecundum ea appellatione, Caput VIII.

SEd nunc tempus eſt, quẽadmodum antea promiſimus, ut de chordarum ordine ſecũdum acumen ac grauitatem diſſeramus, re non tam dubia ac difficili, quàm controuerſa ac uariȷs authorum opinionibus tradita. Seruius Honoratus Grammaticus in hoc Virgiliȷ: Tacitæ per amica ſilentia Lunæ. Tacitæ Lunæ (inquit) aut more poëtico noctem ſignificat, aut Phyſica ratione dixit. Nam circuli ſeptem ſunt: Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunę. Et primus, hoc eſt, Saturni, uehementer ſonat, reliqui ſecundum ordinem minus. Sicut audiui, mus in Cithara, cuiũs ultima chorda minus ſonat. Hęc Seruius. Quæ uerba Angelus Politianus miſcellaneorum capite ultimo reprehẽdens. Hoc itaq; deniq; (inquit) procedet ſi ultimam nõ iam pro ima ſed pro ſumma capiat, quæ grȩcè Hypate uocatur, unde grauior excitatur ſonus, ſicuti ab extima altera & tenuiſſima, quam equidem libẽtius ultimam dixerim, acuta uox profertur, quia prorſum tenditur. Hæc ille. Ego Seruium & uerè & ſecundum naturam locutum exiſtimo, nec ſolum ſecundum cœleſtium orbium (ſi quis illic ſonus eſt) ſeriem, ſed etiam ſecundum Citharæ neruos. Nec Hypaten ſummã eſſe in Cithara ut Angelus exponit, ſed infimam chordam. Vltimam autem chordam in Cithara accipiendam acutiſſimã, quæ etiamſi maxime tẽditur, non ob hoc tamen maxime auditur.

Nam

Nam acumen & grauitas in diuerſis neutiq; eandem rationem, quam in uno quodam ac eodem, habent. Siquidem in uno quopiam acumen magis auditum ferit, in diuerſis ſecus eſt, quẽadmodum exempli cauſa. Vnius chordæ ſonus, ut magis intẽditur chorda, ita magis auditum ferit: Sed in diuerſis chordis, quarum quæ maior eſt, eſto diſdiapaſon ab acutiore, atq; adeò etiam minore uincatur, non tamen minus audietur. Neq; enim pueri clamantis uox, quantumuis acuta, ſuperabit uiri bene uocalis ſonũ. Inde etiam uidemus quàm nihil efficiant uoces ſuperiores abſq; inferiorum uocum baſi, ut uocat Iulius Pollux, à qua uulgo nomen baſſum temerè in uſum ueniſſe exiſtimo. Neq; uero iucundior alius cantus eſt, quã in quo firma ſonabit infima uox, etiamſi ſuprema ſuauius auditũ permulcet, ſed omnino in garritum ueniunt omnes ſuperiores uoces, ſi robore infimæ uocis deſtituantur. Hoc idem ſatis cõmonſtratur in diateſſaron conſonantia, quæ non admittitur hodie, niſi ſubtus fulciatur, uel diapẽte, hoc eſt, quintæ ſubſidio, uel tertiæ nonuunq;. Quare non eſt neceſſe, ſi Lunæ ſonitus eſt acutiſſimus, ut continuo etiam maximè audiatur, ſicut nec in Citharę neruis neceſſe eſt, ne tehyperbolæon magis feriat auditum, quàm proslambanomene, etiemſi eam acumine diſdiapaſon ſuperet. Sed hęc ad Politianum. Atqui huic opinioni noſtræ cõtrarius uidetur Boëthius qui ferè ita ordinare uidetur chordas, ut proslambanomenen ſupremo ponat loco, neten hyperbolæon infimo, ut libro quarto capite decimo toto chordarum ordine: Et libro primo capite uiceſimo. Neaten exponit inferiorẽ: Et eodẽ capite Meſon tetrachordi ſuperiores quatuor uocat chordas, ad tetrachordi diezeugmenon item quatuor chordas. In noſtro autem ordine, quem ad Guidonis ſcalã diſpoſuimus, cõtraria omnia uidentur. Multa hercules alia & his haud diſſimilia apud authores reperias, quę quoſdã male torquent. Sed hic ſcrupulus amouendus eſt. Igitur in primis notandum, antiquitus ita fuiſſe tetrachorda, ut etiamnum noſtra ętate conſpiciuntur, quatuor chordis inſtrumẽta, ubi grauiſſimus neruus et maximus, imò craſſiſſimus, erat ſupremus, acutiſſimus uero ac minimus, ſanè infimus. Quam ego Lyræ formam puto, nec Citharam cum Lyra idem inſtrumentum, ut quidam male (de licentia tamen non loquor) exponunt. In Cithara enim nerui ſunt 24. ut ſuperiore libro oſtendimus. Et contrario ordine atq; in Lyra diſpoſiti, nam in Cithara grauiſſima quæq; atque maxima chorda eſt infima, acutiſſima uero ſuprema. At in Lyra, ſiue illa trichordos, ſiue tetrachordos, ſiue hexachordos ſit, cõtraria omnia. Hinc illa uaria appellatio, grauiſſimæ, extremæ, imæ, ac ultimæ chordæ. In tetrachordo enim ſuprema eſt grauiſſima, ideoq; dicta hypate, acutiſſima uero eſt infima, & eadem ultima. Neq; uero uoces illæ, extremum, primum, ultimumq; nos turbare debent. Nã aſcendẽdo in Cithara, grauiſſima chorda eſt

da eſt prima, acutiſsima ultima ac extrema: cõtra deſcendendo ſuprema eſt prima, & grauiſsima eſt ultima ſiue extrema, quod in cæleſtium ſphærarũ ordine luce clarius patet, ut poſtea enarrabimus, & multis alijs in rebus. Et ipſi authores ſæpe ita locuti ſunt. Vt Terentij illud probat. Certe extrema linea amare haud nihil eſt, ubi per extremam lineam intelligit primam, nẽpe uidere. Nam quod Donatus in commentario addẽs ait. An ſic dixit extrema linea, quemadmodum dicitur longis lineis fieri? Id eſt, de lõgi quo, nimis argutum eſt. Item Horatius cum in ſermonibus de Tigellio diceret: modo ſumma Voce, modo hac reſonat quę chordis quatuor ima. Per imã grauiſsimam innuit, hoc eſt ſupremã in tetrachordo, quæ, quod ad ſonos attinet, grauiſsima eſt, ſed ſi ad locum conferas, eſt ſuprema. Quod & Porphyrio innuens, A tetrachordo (inquit) hoc ſumptum uidetur, in quo eſt grauiſsimi ſoni chorda, quæ hypate dicitur. Non me latet, quid eum in locum garriat Acro, ea in annotationibus, quę in Horatium publicauimus, breuiter attigimus. Ad hanc igitur formam, quæ ueteribus ita in uſu erat, Boëthius plærafq; diſpoſuit demonſtrationes. At ubi negocium magis arduum tractat, præſertim numeris cõmonſtrandum, tum uero non acutioribus, ſed grauioribus chordis maiores apponit numeros, quod ipſe lib. 4. his teſtatur uerbis: Nec lectorem (inquit) res illa conturbet, quod intendẽtes ſæpe ſpacia proportionem, numero maiore ſignauimus, remittentes uero minore, cum intenſio acumen faciat, remiſsio grauitatem. Illic enim tantum proportionum ſpacia ſignabamus, nihil de grauitatis, aut acuminis proprietate laborantes, atq; ideo & in acumen maioribus numeris intendimus, & minoribus in grauitatem ſæpe remiſimus. Hic uero, ubi chordarum ſpacia, ſonosq; metiemur, naturam rerũ ſequi neceſſe eſt, maioriq; lõgitudini chordarũ, ex qua grauitas exiſtit, ampliores, minori uero, ex qua uocis acumẽ naſcitur, dare breuiores. Hæc ille. Nec multum abeſt quin ſit exemplum eius quod dixit, libro 1. cap. 24. apud eundem. Vbi hypaton ac meſon tetrachorda ad eundem cõnectens neruum κατὰ συναφὴν, ſuperius hypaton tetracordon facit, poſterius meſon: Sed chordam hypatõ meſon, ſuperioris acutiſsimam uocat, poſterioris uero grauiſsimã. Superius dicit, non ſoni acumine, ſed quia prius numerauerat, alioqui deinde dixiſſet inferioris, non poſterioris. Quod autem Boëthius hypatas grauiſsimas, hyperbolæas uero extremas & dicat & exiſtimet, multis ex ipſius libris teſtimonijs clarũ euadet. Nam lib. 1. cap. 20. Ita ait: Inq; his quę grauiſsima quidem erat, uocata eſt Hypate, quaſi maior atq; uenerabilior. Vnde Iouẽ etiã Hypaton uocant, Conſulẽ quoq; eodem nuncupãt nomine propter excellentiã dignitatis, eaq; Saturno eſt attributa propter tarditatẽ motus, & grauitatem ſoni. Item poſtea in eodẽ capite, de Hyperbolæõ tetrachordo, quod eæ chordæ prædictas omneis netas ſuperuadebant acumine, hyper-

bolęas dictas asserit. Rursus lib. 4. cap. 11. Hypatō tetrachordū primū atq; grauissimum ait, Hyperbolæon autem neten extremā. Rursus cap. 13. eiusdem libri, ubi de speciebus diapēte, grauiorem partē bis uocat, ut nos cū Guidone appellamus. Multa alia sunt apud eundē loca, quę breuitatis gratia à nobis omittuntur. Hæc aūt obiter adduximus, ne quis mihi, eius authoritatem uiri obijciat, quem ego absq; controuersia in hac arte principē facio. Nam Macrobium, Acronem, Georgiū Vallam, & similes nihil moror. Quanquam Georgius Valla magnifica præstitisse in portentoso illo de rebus fugiendis ac expetendis uolumine uideri potest, homo haud dubie doctus, sed non satis ingenuus, meo quidē iudicio. Cum enim maiorē huius disciplinæ partē ex Boëthio haberet, ne semel quidem, quod sanè miror, dignatus est hūc nominare. Interim Anshelmos Bryennios, & nescio quos alios obscuros uiros frequenter in ore habens. Sed scilicet tū docti uidemur, quoties authores allegamus, quos uel ipsi nunq; legimus, uel quos alij non legerunt. Nā de antiquis nihil dicam, quos coaceruatim ita allegat perinde atq; ipse legerit, cum ante multa sæcula illorum lucubrationes perierint. Audio tamen illi eximiam fuisse bibliothecam, quā ipse moriens ei legauerit, qui hoc opus excuderet. Aldus excussit, de bibliotheca nihil certi audimus. Ipse codex corruptissimus est, ut cū iudicio legenti facile patebit. Cuius uero culpa, id uero nescio. Hoc in uniuersum de eo opere dictū mihi sit, coaceruationem uideri multarū rerū, quas nō intellexerit, cōmixtionemq; sæpe contrariorum, quæ haud dubie emendaturus, si licuisset, erat.

Quo pacto sumendi sint Modi & quæ prima omnium Modorū chorda, Caput IX.

HIc uero ingens difficultas sese nobis offert. nec parua nauigationis nostræ mora, qui trāsmissis tot scopulis, omni periculo iam defuncti uidebamur, ac tutum omnino cepisse portum. Ecce quem minime rebamur, rursus adest Boëthius ipse, nostra Helice, nostra Cynosura, ac retro propèmodum acto nauigio à cursu instituto nos cohibuit. Hic enim lib. 4. cap. 13. longe aliter diatessaron diapenteq; ordinat species, atq; nos ordinauimus. Nos enim sol re, primā, mi la, secundam, tertiā ut fa, posuimus, cum ille hoc ordine, mi la, ut fa, re sol, ponat diatessarō species, atq; ita ueteres plæriq;. Similiter diapente nos primam re la, secundam mi mi, tertiam, fa fa, quartam, ut sol, fecimus. Cum apud Boëthiū sint hoc ordine mi mi, fa fa, ut sol, re la. Ita quas nos primas, ille ultimas instituit.

Sed

Sed quod magis nos turbat ac propè retrouerſis uelis ire prohibuit eſt, quod eodm libro, capite ſtatim ſequente, de Modorum exordijs ait, Hypolydium tono altiorem quàm Hypophrygium, quẽ nos ſemitonio dũtaxat ſublimiorem inſtituimus. Quod ſi hæc noſtra falſa ſunt, & Boëthij codex bene habet, omni depoſita tergiuerſatione ſtylus nobis uertẽdus eſt, ac maior huius commentationis pars retexenda, quam magno labore hactenus conſtruximus. Sed de ſpecierum ordine in conſonantijs ſumendo (ut priorem amoueamus ſcrupulum) difficultas hoc pacto ſoluit, Quod Boëthius eo in loco non alia de cauſa, mi la, primam ponit diateſſaron ſpeciem, quàm quod ea inter immobiles phthongos conſtituatur, cum alię inter mobiles. Quapropter ſi conſonantiarum ſpecies per ſe conſyderemus, non uideo cur alia alia ſit prior, niſi ex ſemitoniorum locis primatum illis dare uelimus, Vt, mi la, primoloco ſemitonium hebeat, κατὰ πρόλημψιν, hoc eſt, ſecundum aſcenſum. Eadem de cauſa, mi mi, in diapente. At ſi ad ſcalæ ordinem, quem Gxæci à proslambanomene ad neten hyperbolæon, Latini uero ab A, ad Aa, inſtituerunt, hæc referamus, certe, re ſol, primum obtinebit locum à proslambanomene ad Lichanon hypaton, mi la, ſecundum, ab hypate hypaton ad hypaten meſon primi ac grauiſsimi tetrachordi, in qua indubitanter prima chorda hypate hypaton à parhypate hypaton diſtat ſemitonio minore in diatonico (nam de alijs duobus generibus, tanquam deploratis, nihil hic tractamus) Deinde ſequntur tonus ac tonus, ut clare patet in omnibus libri quarti demonſtrationibus apud eundem Boëthium. Hæc ratio etiam Franchino fuit homini docto, & qui recte hæc initia iecit. Eadem Berno in ſua Iſagoge oppido diligenter tracta uit. Nec ab hoc ſcopo quiſquam nos dimouebit. Et ipſe Boëthius hic aderit nobis omnibus de muſica uoluminibus, quare ſpecierum in conſonantijs ordo, ſi quindecim chordarum in immutabili ſyſtemate cõſyderemus ſeriem, nullus melior, nec aptior inſtituetur, atq; ille eſt, quem nos ſuperiore libro ex Franchino docuimus. Quod ſi hoc euicimus, ut planè puto, altera de Modorum exordijs dubitatio facilius diſſoluetur. Neq; enim dubium eſt, ſi Modos muſicos ſecundum quindecim chordarum ſeriem ordinauerimus, quin hic ordo fuerit ſecundum Modorum naturam (quæ in ſemitoniorum poſitu maxime conſiſtit) quem huius libri capite ſecundo, etiam typo oſtendimus. At ſi, ut Citharæ neruis aptantur, poſuerimus, alius ordo eſſe poterit. Nam Boëthij conſtitutio lib. 4. cap. 14. ſi codex non errat quod tamen Franchinus nõ dubitauit dicere, ultimo ſuorum operũ uolumine. cap. 11. alium habet ordinẽ. à proslambanomene enim in Meſen, Hypodorium quidem ponit, ab hypate hypaton ad parameſen, Hypophrygium, tono diſtanteis, quod & nos fecimus. At à parhypate hypaton ad triten diezeugmenõ, Hypolydium, eodẽ tono, quẽ nos ſemitonio

dúntaxat ab Hypophrygio diſtare credimus. Nam parhypate hypatõ ab hypate hypatõ diſtat ſemitonio. Quare eo in loco uel Boëthij codex errat, uel Citharæ infimum ac grauiſſimũ neruum proslambanomenen appellauit, ac deinde chordas ita aptauit, ut adhuc hodie conſpiciunt̃ à C, ad c. Vel ab F, ad f, in Synemmenis. Magis adhuc diuerſa partitio illa eſt, eodẽ libro cap. 4. quam ait ad Lydium Modum inſtitutam, cum magis ad Hypolydium ac etiam ad Hypodorium quadret, ſi quis diligenter eam legerit. Quãquam mihi ad finem ſuſpecta & mutila eſt uiſa, librariorum, ut puto, culpa. Porrò Politianus in ſuo Panepiſtemone: Toni (inquit) apud Ariſtoxenum tredecim. Hypodorius, et Hypophrygij duo, Hypolydij duo: Dorius: Phrygij duo, Lydij duo: Mixolydij duo, Hypermixolydius unus. Quæ ſi uera ſunt, à tritono ille modorum ordinem incepit, (ut hodie ſunt organa quędam ut nos uidimus) ubi nos Lydium in F litera incipimus, quaſi à parhypate meſon orſus ad parameſen conſcẽdas, deinde in G Hypophrygium, ubi nos mixolydium, neq; enim alioqui illæ modorum monas ac Dyas locum habent. Hæc omnia eò tendunt, ut planè uideamus uariatum hoc quoq; apud ueteres, manſiſſe tamen ſemper ſeptem diapaſon ſpecierum maieſtatẽ, ut ut alia ceciderint. Denominationis enim ius facile mutari poteſt. Cui rei teſtimoniũ eſſe poteſt Cleonides qui ab hypate hypaton incipit Modos, ac ex ea chorda in Parameſen cõſtituit Mixolydiũ, q̃d cum noſtra traditione minime quadrat. Sicut nec eius ſequẽtes cũ noſtris Modi, ac nec cũ Boëthij q̃dẽ. Prima igit̃ (ut tandẽ finiamus) omniũ Modorũ chorda erit Proslambanomene, Hypodorij ꝓpria ſedes ad meſen, ſecũda Hypate hypaton ad Parameſen, Hypophrygij: tertia parhypate hypatõ ad tritẽ diezeugmenõ, Hypolydij: & deinceps, ut cap. 2. huius libri oſtẽdimus, ipſa uero ſemitoniorũ loca erunt ſecundum tetrachordorum ordinationem ab ipſo Boëthio lib. 4. inſtitutam demõſtratámq;, ut iam dicto capite nos quoq; ꝓbauimus. Manet igit̃ incõcuſſus hic noſter ordo, ut ab initio inſtituimus. Et Modorum natura, apud omneis authores indicata, hoc pacto pulchre procedit, Æolium ſimplex, ut Apoleius, τῆς φευγίας τὸ ἐνθεον, τῆ λυδίᾳ τὸ βακχικὸν. τῆς ϝοωϊστὶ τὸ σεμνὸν, τῆς ἰωνικῆς τὸ γλαφυρὸν, ut Lucianus inquit, quæ uerba paulo poſt latius explicabimus. Ariſtoxenum, à Ptolemęo ac Boëthio redargutum, nos non legimus. Et Politianus hoc in negotio rerum nõ intellectarum coaceruator à quibuſdam merito nominatur. Legerat enim hæc apud Græcos, ſed non intellexit. Georgius etiã Vallatam uaria uarijs in locis nobis prodidit, nunc Ariſtoxenium, nunc Ptolemaicum ſemitonium uſurpans, ut ſæpe ipſe ſibi parum conſtare uideatur. Nobis hic nihil excidet, cuius non exemplum uiua uoce, & certa comprehẽſum ratione dare, ac oculis auribuſq; ſubijcere poterimus, ſi opus fuerit.

Authorum

Authorum aliquot loca diſcuſſa quæ traditis a nobis hactenus prę ceptis contraria uidentur, Cap. X.

MInus urgent quidē, ſed ſollicitos tamen nos habent, quę alia ſuper alia ſubinde nobis irrepūt, noſtris propemodum traditionibus pugnantia, apud authores haud pœnitēdos. Quorū primus eſt, Athenæus qui lib. 14. δειπνοσοφιστῶν ex Heraclide pontico treis dū taxat Modos aſſerit Dorium, Æolium ac Ionicum, quod Gręci ipſi in tria diuiſi ſint genera Dores, Æoles & Iones. Idē ſed aliquanto diuerſius tradit quàm Porphyrio doctus homo, qui in Horatiū nobis reliquit cōmētarium, ſed ab Acrone cōpilatum, ab temporū iniuria etiam mutilū. Is ode ultima libri quarti carminum ad illud: Lydis remixto carmine tibijs. Aiūt (inquit) treis Modos tibiarum eſſe, Ionicū, Lydium, Barbarū. Et epodō ode 9. ad illud: Hac Dorium, illis barbarū. Diximus autem (inquit) & ſupra treis eſſe ſpecies aqud Græcos omniū carminū Ionicum, Lydium, Barbarum. Hæc ille. Acro exponit barbarū, id eſt, phrygium, quod placet: Cæterum pro Lydiū in Porphyrione legendū puto Dorium. Lydius enim in Ionico facile intelligitur. Et noſtra ætas pené omnē Lydij cantū in Ionicū mutat, ita cognata ſunt natura horū modorum ſyſtemata. Quod olim eiſdem, quas iam citauimus, in Horatiū annotationibus editis latius proſecuti ſumus. Et paulo poſt eadē de re quædā alia adnectemus. Verū quod ad priorem attinet, breuiter (neqꝫ enim negotium eſt arduū, ut multis uerbis ſit opus) reſpondemus. Athenæū quidem treis nominaſſe Modos. Sed principes, ſed maxime celebreis apud Græcos. Quippe qui Lydij ac Phrygij mētionem quidē facit. Sed barbaros eſſe exiſtimet, alios item uel obſcuros, uel priorū ſubditos ac ſpecies. Quanquā ea diſputatione eò tandē uenit, ut ne Ionicū quidem Harmoniam credat, ſed harmoniæ quandā ſpeciem admirandam. Διόπερ (inquit) ὑπολαμβάνω οὐχ ἁρμονίαν εἶναι τὴν ἰαστί. τρόπον δέ τινα θαυμαστὸν σχήματος ἁρμονίας. Itaqꝫ ex hoc authore nihil ſatis certi cōſtare, mihi quidem uidetur, quemadmodum nec ex Iulio Polluce, ut in Lydio referemus. Sed q̄d Porphyrio, ut ad hūc quoqꝫ aliquid dicamus, treis ſiue Modos ſiue ſpecies carminum ait, de uulgari loquitur uſu, quemadmodū hoc quoqꝫ tempore Tibicines fidicinesqꝫ in uſu habent. Sex enim Modos Ionicum, Hypoionicum, Lydium, Hypolydiū, Mixolydiū, Hypomixolydiū, qui & Hyperiaſtius, in ut modulant̄. Quatuor uero Doriū, Hypodoriū, Æoliū, Hypoæoliū, & ſi addere licet Hypmixolydiū, in re. Deniqꝫ

in mi Phrygium & Hypophrygium, ut numerus duodecim Modorum, aut XIII, ſi Hypermixolydium non excludemus, expleatur. Hęc ad Porphyrionem. Tertius Lucianus eſt, qui in Harmonide quatuor Modorũ nomina memorat, ac cuiuſq; Harmoniæ proprietatem (Nam ita Modos nominat, conformiter cũ Platone) explicat his uerbis. καὶ ἑκάστης ἁρμονίας δια φυλάττειν τὸ ἰάλιον, τὴν φρυγίαν, τὸ ἔνθεον, τῆς λυδίου, τὸ βακχικὸν, τὴν δωρίδα, τὸ σεμνὸν, τῆς ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. Hæc D. Eraſmus Rot. præceptor noſter docte, ut omnia, ita uertit. Vniuſcuiuſq; harmonię ſeruare proprietatem. Phrygię impetũ, Lydiæ furorem, Doricæ ſeueritatem, Ionicæ iucunditatẽ. Porphyrio treis nominauit, Lucianus quatuor. Sed non uidetur hoc egiſſe Lucianus ut omneis nominaret Modos, uerum præcipuos dũtaxat. Ionicũ aũt quod ille ex Lydio primus emergit, mutato diezeugmenon tetrachordo in ſynẽmenon, principibus adiecit. Sic & Apuleius Floridorum libro 1. quinq; enumerat. Æolio adiecto, Iulius Pollux lib. 4. λοκριὴν adiecit & alibi σωτοντὸ λυδιστί, ut Plato li. 3. de re pub. ubi & μιξολυδιστί. Verũ dehis in Lydio latius differemus. Apulei uerba ſic habent. Tibicen quidam fuit Antigenidas omnis notulæ melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator, ſeu tu uelles Aeolion ſimplex, ſeu laſtium uarium, ſeu Lydium querulum, ſeu phrygium religioſum, ſeu Doriũ bellicoſum. Apuleius ſimplices, quod ad appellationem attinet, nominat, uidelicet à Gentibus nomina habentes. Et laſtium uocat quem Lucianus Ionicũ, quod nomẽ in uulgatis Apulei codicibus corruptè, ut paulo poſt oſtendemus, Aſiũ legitur. Hęc & ſimilia apud authores paſſim reperiuntur, quæ nullo negotio ad hunc modum diſſolui poterunt ab mediocris etiam ingenij Lectore.

De Modorum inuicem commutatione, Caput XI.

COmmutãtur item Modi alteri in alteros ſed haud ęquali felicitate. In alteris enim fit mutatio ſæpe uix ſentiẽte aure etiam arguta, imò ſæpe cum magna audientium gratia, quod peruulgatum hodie eſſe ex Lydio in Ionicum non ſemel iã teſtati ſumus. Norũt hoc qui inſtrumẽtis ludũt, & qui Poẽtarũ carmina prõptè cantare ſciũt ad muſicã rationẽ. Nẽpe q laudẽ hoc modo, ſi cõmode faciũt, ſæpe numero merentẽ. Maximè ſi Ionicũ in Doriũ cõmutent: In alteris aũt dura fit cõmutatio, & uix unq̃ abſq; graui auriũ offenſione, ut ex Dorio in Phrygiũ. Ideoq; qui in tẽplis hodie organa pulſant, q̃ties in id difficultatis incidũt, cogentibus ad hoc Eccleſię cãtibus, niſi exercitati ac prõpti ſint, ſępe ſe deridẽdos auditoribus eruditis ꝓpinãt. Inde adagiũ natũ puto, A Dorio ad Phrygiũ de naturali in minus naturale, aut de bene cõpoſito, ad abſurdũ aut de placido

ad in

ad inſuaui⁹. Deniq; de eo, q̃d uulgo aiũt, q nõ manet in ꝓpoſito, et ex eodẽ labĩt in diuerſum. Haud clã me eſt, q̃d noſtra ætate de hoc Adagio ſcriptis ꝓdiderint multi eximĩ uiri, inter q̃s duo tamẽ maximè mihi colẽdi, nũq̃ abſq; honoris prefatione nominãt, Frãchinus & D. Eraſ. Roter. alter mutus, alter uocalis mihi doctor, q̃bus tantũ me debere fateor, q̃tum qui maxime. Frãchinũ ſanè nũq̃ uidi. Quãq̃ ante annos duos et 20, cũ Mediolani eſſem, ille quoq; tũc adfuiſſe dicit, ſed nõdũ hoc agebã, poſterioribus aũt annis (ut ingenuè quod uerũ eſt, fatear) eius uiri ſcripta multũ ꝓfuêre mihi, atq; adeo anſam dedêre, ut Boëthianã Muſicẽ legere, relegere, ac deuorare etiã uoluerim, quę lõgo tẽpore à nemine attingebat, imò à nemine intelligi credebat. Cum Eraſmo uero familiariter multis uixi annis, nõ in ĩſdẽ q̃dẽ ædibus, ſed ita prope, ut alter alteri in negocio literario quotidiana cõſuetudine, in laboribus q̃s ſimul immẽſos pro cõmuni ſtudioſorũ utilitate tolerauimns adeſſet quoties libuiſſet. Itaq; licuit inter nos admonere, dubitare, corrigere. Ego, ut Iunior, cõcedebã illius ætati. Ille, ut ſenior, tolerabat mores meos, nõnunq̃ caſtigabat, aſſiduus erat adhortator ſtudiorũ meorum. Deniq; effecit, ut auderẽ alquãdo & ipſe in publicũ ꝓdire, & ſcriptis, quæ ſentirẽ, ꝓdere. Quę cũq; ille tot annis (Nã opinor nõ minus xx, fuiſſe) ſcripſit, uoluiſſet à me antea uideri. Et hercules, ſi præ occupationibus rerũ mearum ꝓpetuo adeſſe potuiſſem, nõ defuiſſem uiro, pleriſq; tamẽ opibus adfui. Nõ ægre ferebat, ut nũc moroſuli quidã faciũt, reprehendi, ſi quis hoc cõmode faciebat, imò admoneri maxime petebat, & agebat ſubinde gratias, deniq; nõnunquam admonentẽ muneribus donabat. Tãta in illo uiro erat modeſtia. Itaq; in eius ſcriptis reprehẽdere quędã dũ uiueret, maximè illo uolẽte, nõ ſumus ueriti. Q̃d in Frãchino quoq; utinã licuiſſet, oſtendiſſem certe illi nõ pauca, quæ ad publicũ diſciplinarũ uſum multis ꝓfuiſſent. Hæc eò tẽdũt, ut nemo mihi ſuccẽſere iure uel queat, uel debeat, ſi poſt illorũ fata nũc audeã quędã reꝑhẽdere, quæ uiuẽtibus illis cũ gratia etiã facturus erã. Prior itaq; Franchinus in poſtremo illo ope (q̃d ſero in manus noſtras ueniſſe priore libro cõq̃ſti ſumus) de Harmonia muſicorũ inſtrumẽtorũ li. 4. ca. 2. ubi de ꝓprietatibus q̃tuor Modorũ, ac de preſtãtia Dorij diſſerit, facta huius Adagij mẽtione, hęc adponit uerba: Cũ aũt (inq;) ex cõſtãtiſſimis & ſeueris actibus ad ea quæ lætè atq; iucũdè dicẽda aut optãda eſſent, ſeſe cõuerterent, ueluti ꝓuerbij loco à Dorio dicebãt in Phrygiũ. Hęc ille. Quib⁹ uerbis innuit lętis ac iucũdis rebus cõuenire Phrygiũ, cũ tamẽ ſtatĩ eodẽ in lib. ca. 5. dicat Phrygiũ Modũ ad bellũ excitãdũ eſſe aptũ, ideoq; igneo colore pingi, & Anapeſto declarari. Atq; nemo nõ idẽ de Dorio affirmat, q̃ ꝓpter hac ratiõe nõ eruim⁹ huius adagij ſenſũ. Ego. n. Phrygiũ potius triſtibus, ac diuinis cõuenire puto, ut Threnis, ut fletibus, ut ſepulturis. Quãq̃ q̃s Modus eſt, q non ad diuerſa applicari q̃at? modo ſit ingeniũ ad eã rẽ felix, quale aut Iodoci Pratẽſis, aut Petri à Platea, aut ſimiliũ.

quapropter

Id circo omnia, quæ per totū illū quartū librū, præter Boëthiana, adfert de modis muſicis, ꝓfecto Modorū uerā naturā neutiq̄ nobis aperiunt. Neq; ille ultra ſeptem recte nouit, quod cum ex eo opere, tū ex actiua ipſius Muſica plane apparet. Et quæ ex uariis authoribus cū latinis tū Græcis collegit, negocium nihil adiuuant, ut priore quoq; libro atteſtati ſumus. D. Eraſmus autē in Adagiorū illo preſtātiſſimo opere nihil plus affert ad uerum ſenſum huius Adagij. Tribus annis, aut circiter ante eius mortē admonitus fuit à me. Nam totum illud opus ſæpe eo poſcente relegeram, & ſicubi aut librariorum culpa, quæ ſanè non minima, quid corruptū erat, aut etiā ipſius incuria neglectum, ut nō illibenter ſua agnoſcebat errata, continuo notabam. Locus erat Apuleij, de quo præcedente capite, ubi ille Aſiū pro Iaſtium legerat, eum locum ante poſtremam editionem, me præſente ac admonente, emendauit. Emendaturus & alia, ſi morte præuentus nō fuiſſet. Nam cum de ipſo hoc adagio, longe aliam ex me audiret rationem, atq; ipſe adferre potuit, rogat ut ſcriptis id explicē latius ac diffuſius, ita enim fore, ut Lector fructum haberet, ego gratiam. Enimuero, quòd ibi non admodum ualebam, grauatim me hoc facturum oſtendi, paratus tamen erā hoc in Modorum cantibus cōmonſtrare palàm, quod ego primū hac in re puto, & à paucis id fieri poſſe. At ille nō deſtitit, donec peruicerit. Itaq; ſcripſi tunc ea, quæ hic ſtatim ſubijciam. Verum cum ultimam editionem iam moriturus adornaret, operi nō adfui, è Friburgo enim ꝗd ad caput Herciniæ ſyluę eſt, ubi tū habitabā, Baſileam ierat (diſtant ea loca unius diei itinere.) Ideoq; & charta tunc perijt, & locus ille, cū alia tā multa illi curanda eſſent, neglectus eſt. Qua ꝓpter nūc hoc opę, ubi talia ex ꝓfeſſo doceo, id uero neutiq̄ mihi negligendum exiſtimaui. Eſt igit̄ ſenſus huius adagij à Dorio ad Phrygiū, ut diximus quoties à ꝓpoſito aliquo in lōge diuerſum labimur. Huius rei apud Muſicos cū recentiores tū ueteres nullā, quod equidē ſciā, reperias cauſam, quā cātus naturam ac auriū iudiciū. Ideoq; rē altius repete re placet, breuibus quidē uerbis & in diatonico, quod nunc in uſu eſt. Notum aūt eſt ex ſuperioribus, totū inter Modos diſcrimen eſſe ex tariatione diapēte ac diateſſarō in diapaſon, qua omnes, cōſtant Modi. Hanc aūt uariationē eſſe ex uario ſemitoniorū loco, quæ totū uerſant negotiū. Notum hoc quoq; eſt Lydiū Hypolydiūq; Modos cōmunē habere diapēte, tertiā uidelicet ſpeciē, Phrygiū Hypophrygiūq; ſecundā, quarū utraq; tritonū cōplectitur, durū interuallū, & à diatonico nōnihil abhorrēs. Vnde factū eſt, ut Lydij ac Hypolydij aſperitatē in diapente noſtra ætas ꝓpe aboleuerit, ac unius ſemitonij immutatione eos ex diezeugmenō tetrachordo in Synēmenō deiecerit, effeceritq; Ionicū Hypoionicūq; qui molliorē habēt inceſſum, nēpe diapente nacti abſq; tritono, quartā uidelicet ſpeciē. Porrò Dorius Hypodoriusq;, primā habent diapēte ſpeciē, quæ itē nullū habet

tritonum,

tritonū. Ideoq; ſi rurſus Ionicum Hypoionicumq; in Doriū Hypodoriú mue mutabis, uariatur diapēte ſed abſq; tritono, quare aures nō offendū tur, imò gratiā ſenties ex uariatione Modi. Et eſt ſanè auditus ex omnibus ſenſibus maxime moroſus, qui niſi uariatione iucunda mulceat, illico tædiū cōcipit. At ſi rurſus ex dorio aut Hypodorio in phrygiū Hypophrygiú mue cōcedere uelis, iā incides in Modos, quorū diapēte tritonū habet, aſperā, ut diximus, intercapedinē, ita ut alia uelut natura cātus naſci uideatur. Quapropter auditus rei nouitate cōmotus ſentit alterationē incōmodam ac uelut ſtupeſcit. Hæc ita habere re ipſa inueniet qui Modis aſſuefactas habet aures. In Guidonis autē ſcala Lydius inter F, & f, Hypolydius inter C, ac c, cōſtituti habēt mi, in b claui, q̄d ſi in fa cōmutabit, efficit continuo Ionicū ac Hypoionicū molliores Modos, & q̄bus aures libētius acquieſcūt. Veteres ſanè eccleſiaſtici Lydio ac Hypolydio delectati ſunt propter diapēte ſeueritatē, præſertim in Gradualibus quę uocāt. Itē in paſſiōe Dominica, quæ ſacra illa hebdomada canit. Vbi Euangeliſta, ut grauis hiſtoricus eā habet diapēte, narrationi aptā. At noſtra ætas pleraq; mutat temere, aut uiciat uerius, dum quærit mollia potius quā grauitatē obſeruare curet. Mutatis igit̄ his Modis, ut ex fa fa, diapēte fiat ſol ut, aures ſuauiorē nactę ſonum, nō offendunt̄. Nec rurſum ſi ex ſol ut diapente paulatim præcedendo labaris in la re, ac in Doriū uenias, ſi cōmodè hoc feceris & ſuo loco. At rurſus ſi ex re la, quæ Dorij eſt diapēte, in mi mi, quæ Phrygij eſt, deflectere uoles, uix effugies tædium quoddam auriū, aut ſtuporē quendam animi ammirātis, cur in diuerſum abeat. Sed ſatis nunc Philoſophatū. A Dorio ad phrygiū, et cōmodè, & abſq; aurium offenſione trāſire feliciter auſus eſt Iodocus à Prato ſuper pſalmum de profundis, quod exemplum unà cum iudicio noſtro prodemus. lib. 3. cap. 24.

Cur ſeptenarius numerus apud authores tā frequēs in rebus muſicis, Cap. XII.

EST aūt & hoc cōſyderatione non indignū. Quid ſibi uelit ſeptenarius ille numerus toties authoribus nominatus, & tam uarie item, cū rerum muſicarum incidit mentio, quemadmodum apud Homerū ſecundo (qui eſt ad Mercurium) hymno.

Ἑπτὰ δὲ συμφώνους οἴμῃ ἐτανύσατο χορδάς. Et apud Virgilium in Alexi.

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula. Et Aeneidos 6.

Obloqtur numeris ſeptē diſcrimina uocū. Et Horatius lib. 3. Car. ode. 11

Tuq; teſtudo reſonare ſeptem. Callida neruis.

Macrobius lib. 1. Saturnaliū ſcribit Apollinis lyrā ſeptem fuiſſe chordarū per quas tot cœleſtium ſphærarum motus præſtet intelligere. Sphærarum

pro

per Planetarum accipi uult opinor, ſed ea ratio frigida eſt. Nam ſi Poëtæ octo prodidiſſent neruos, hic tam ſubtilis ſpeculator continuo ſubiunxiſſet, per eos totidem Sphærarum motus intelligi, qppe quę apud omnes ſint octo. Rurſus ſi nouē cōmemoraſſent, octo haud dubie motus qdē eſſe dixiſſet, atq; adeo totidē ex illis ſonos: Nonū aūt intelligi oportere, cōflatā ex his octo Phthōgis ſymphoniā, atq; ob hoc dictā Calliopen, ut de muſis Plato in re pub. philoſophatur, non temere omniū doctorū iudicio. Eadē eſt Ciceronis de Sōnio Scipiō. tractatio, de qua paulo poſt. Diodorus aūt Mercuriū ait lyrę reptorē fuiſſe, atq; eā tribus inſtituiſſe chordis, inſtar triū anni tēporū, Treis itē uoces deſūptas, grauē ab hyeme, acutā ab ęſtate, à Vere mediā, magna Autūni iniuria, q hic indigniſſimè fructibus onuſtus exulat. Orphęū alij quatuor chordis lyrā inſtituiſſe tradūt uel ad eadē anni tēpora, ut iniuria affectus Autūnus, poſtliminio rediret, uel ad q̄tuor elemēta, ut alij ſcripſēre. Hæc ad huius difficultatis nodū explicādū à cōmētatoribus adducta, tātū ad rē faciūt, atq; enarrare, quā quiſq; chordā in Cithara addiderit, donec ad 15. deuentū ſit chordā. Lectoris. n. mēs omnibus his lectis & intellectis nō minus dubia hęret. Effugia hęc ſunt noſtræ ignorātię, quæ nimiū fœcūda eſt, q̄ties extricare ſe neqt. Aq; hoc explicādū erat, quā ob cauſam toties apd authores ſeptē chordarū ſit mētio, tū qd per has intelligi oporteat. Hic leuiter trāſiliūt oēs, tanq̄ re bene nota, & ſeptē Planetarū Sphæras adducunt quaſi hoc nemo ſciat. Ego igit uno uerbo dicā quę ſentio, per ſeptē ſiue chordas, ſiue neruos, ſiue cicutas, ſiue uocū diſcrimina intelligi ab authoribus ſeptē illas Diapaſon ſpecies, de qbus tā multa hactenus diximus, quæ nō minus in trichordo Mercurij, tetrachordo Orphęi, ac reliqs deinceps chordarū inſtrumentis habent, quā in Cithara 24. chordarū. Per hos omnis cātus regit, per has incedit, intra has cōcludit, quēadmodū per pedes carmina. Hę diſdiapaſon nō explēt, ſed tono deficiūt. Ideóq; à Ptolemæo octaua ſpecies adiecta eſt, ſed quæ eadē ſit cū prima, ut late hæc cap. 2. huius libri oſtēdimus. Neq; enim ullus eſt cātus, uel Citharę, uel alij inſtrumēto habilis, qui nō in aliquā ſeptē diapaſon ſpecierum cadat. Quod ſi forte hoc alicui nimis argutū uiſum fuerit, meminerit obſecro, q̄; hæc noſtra ætas rudis ſit ac ἄμουσος prorſus, ut inter eximiè doctos, etiā qui mathematica ꝓfitent, nō uiceſimus quiſq; hæc ꝓſpecta habeat, quiq; huic diſciplinæ medicā manū adhibere uelit, imó uerius qui poſſit, Rurſus cogitet quā priſcorū cū Romanorū, tū Græcorū ætas docta ac omnibus inſtructa diſciplinis. Vt certe dubitari non poſſit, cū Horatius carmina ad lyrā cecinerit, & Modorū toties mētionē faciat, quin eos optimè nouerit, negociū certe nō admodū difficile ſi à teneris ea in re docti magiſtri nobis cōtigiſſēt, ut in alijs diſciplinis, nō tā ad hōim uitā utilibus atq; ipſa muſica eſſeab oībus priſcis uno ore ꝓhibet. Sed nūc q̄relarū ſat eſt, ad alia ꝓperemꝰ.

De ſono


De ſono in cœlo duæ opiniones, atque inibi Ciceronis Plinijque loci excuſsi, Cap. XIII.

QVi in cœlo ſonum eſſe putarunt, ad primam diapaſon ſpeciem, quæ Hypodorij eſt, eum diſtinxiſſe uidentur, ut patet apud Boëthium, lib. 1. cap. 27. Cæterum quod ipſe ibidem Solem Meſen facit, ad priſcorum retulit opinionem, quæ nobiſcum non pugnat. Interualla enim eadem ſunt in diatonico à nete Synemmenon ad lichanon hypaton, in qua diſpoſitione Sol erit Meſe, quę à Meſe eſt ad proſlambanomenen, ut nos diſponemus, atq; adeò etiam eadem diapaſon ſpecies, quæ ex primis diateſſaron atq; diapente ſpeciebus cõflatur. Atqui in ſonorum conſtitutione quod ad grauitatem & acutiem pertinet, in diuerſum authores abierunt, quemadmodum priore quoq; libro obiter tractauimus. Quidam enim ſuperioribus corporibus acutiores dederũt ſonos, inferioribus grauiores, quod ea quæ uelocius mouẽtur, ut ſunt ſuperiora, etiã acutius ſonare uideãt, in qua opinione uidet̃ fuiſſe Cicero in lib. de re pub. 6. Alij cõtra acutiores inferioribus corporibus aſcripſere ſonos, ſuperioribus grauiores ſiue maiores, quod corpora maiora, maiorẽ etiam ędãt ſonum, minora minorem, quę opinio mihi multo probabilior uidetur. Si quidem ita in cœlo, ut in hoc ſenſili mundo habent corpora. Sed huius rei typum ſubijcere placuit, qui utrorumq; opinionem Lectori ſub oculos ponet. Habebunt enim in altera parte maiora corpora cœleſtia breuiores chordas, minora longiores. In altera autem maiora corpora longiores, minora breuiores. Res non admodum difficilis ſi recte tradatur.

M. Tullij

Dodecachordi

M. Tullij Ciceronis ordo in ſonis, quos cœli orbibus deditantiquitas.



Quicquid uelocius mouetur, id acutiorem facit ſonum.
Superiora corpora uelocius mouentur inferioribus,
Superiora igitur corpora acutiorem faciunt ſonum.

Συλλογισμὸς.

Maiora corpora maiorem edunt ſonum.
Superiora corpora ſunt inferioribus maiora,
Superiora igitur corpora inferioribus maiorē edūt ſonū

Ratiocinatio,

Cæterum

CÆterum interualla orbium cœleſtium in ipſo cœlo, eá ne ratione conſtent, qua in diapaſon phthongi, mihi non fit ueriſimile, quocunque tandem modulandi genere conſtituerimus. Plinius autem lib. 2. Cap. 22. Pythagoricam tradens præceptionem, ſic ait: Sed Pythagoras interdum ex muſica ratione appellat tonũ, quantũ abſit à terra Luna. Ab ea ad Mercurium, ſpacij eius dimidium, & ab eo ad Venerem, ferè tantundẽ. A qua ad Solem ſeſquiplum. A Sole ad Martem tonum, id eſt, quantum ad Lunam à terra. Ab eo ad Iouẽ dimidium, & ab eo ad Saturnum dimidium, & inde ſeſquiplum ad Signiferum: Ita ſex tonos effici, quã diapaſon harmoniam uocant, hoc eſt, uniuerſitatem concentus. Hæc Plinius. Quę uerba non omnes æquè intelligunt. Georgius Valla lib. 1. cap. 2. Muſices, illud ſeſquiplum apud Plinium refert non ad tonum, ſed ad dimidium toni, ut toni, inquit, ſint quartæ partes tres, quod ego dodrantem toni intelligo. Qua tamen ratione non ſex toni fierent, ſed quinq; & ſemis. Alij ſeſquiplum ad tonum referentes, colligunt ex Plinij uerbis ſeptem tonos in diapaſon conſonantia, quod nec rationem habet, nec quiſq; Muſicorum uſpiam tradidit, & ueteres Plinij codices omnes ſex habent, non ſeptem. Præterea ſex propius uero eſt, Ariſtoxeni ſententia, quem Plinius ſecutus uidetur. Reuera autem diapaſon ſex propè modum habet tonos, deeſt enim comma, ut ſuperiore libro oſtendimus. Cicero autem ſexto de Rep. libro, ita habet: Quam ob cauſam ſummus ille cœli ſtelliferi curſus, cuius conuerſio eſt concitatior, acuto & excitato mouetur ſono, grauiſſimo autem hic lunaris, atq; infimus. Nam terra nona immobilis manẽs, ima ſede ſemper hæret, complexa medium mundi locum. Illi autem octo curſus, in quibus eadem uis eſt duorum Mercurij & Veneris Modorum, ſeptẽ efficiunt diſtinctos interuallis ſonos: Qui numerus rerum omnium ferè nodus eſt. Hæc ille. In qua præceptione omittit quam Plinius refert interuallorum rationem, ex octo tamen curſibus ſeptem ſonos fieri collegit, extremos pro eodem intelligens ſono, ut fit in diapaſon. Et cõſonat uulgatum muſicorum dictum: de octauis idem eſſe iudicium. Quanquam, ut dicam quod ſentio Ciceronis locus haud dubiè corruptus eſt, & Macrobius exacte eum non intellexit, tametſi quatuor longiſſima ſcripſit in eum capita. Theodorus Gaza, eximiæ eruditionis uir, cum eum locum in Græcum ſermonem uerteret, & ipſe quædam, quæ in uulgatis Ciceronis codicibus ſunt, omiſit, ut hæc uerba: Mercurij & Veneris Modorum. quædã aliter uertit, ut ὧν μιᾶς ἀντοῖς πρόσεστι δύναμις, quod in uulgatis quibuſdam latinis codicibus frequenter ita legitur: Illi autem octo curſus, quibus eadem uis eſt Modorum, à Theodori uerbis longe diſcrepans lectio. Quidã in his Ciceronis uerbis: Septem efficiunt diſtinctos interuallis ſonos. uerbum ſeptẽ ad ablatiuum interuallis cõiungendum exiſtimant hoc ſenſu.


Octo hi cursus efficiũt sonos distinctos septem interuallis. Sed hoc haud dubiè coactum est, à Ciceronis phrasi longè alienum. Ego locum Ciceronis ita legendum puto: Illi autem octo cursus, in quibus eadem uis est extremorum, septem efficiũt distinctis interualla sonis, qui numerus rerum omnium ferè nodus est. Hæc uerba, siquidem ita legãtur, & secundum naturam prolata uidentur, & traditioni Musicorum consentanea erunt. Natura enim ita habet, ut octo phthongis, secundum rationem musicam dispositis, certoq; modulandi genere dimensis, octauus sit eiusdem naturæ cum primo. Et cum sint octo phthongi, septem tamen dúntaxat sint interualla, quæ septies uariata quouis modulandi genere, septem efficiunt diapason species, quarum frequentissime omnes authorum libri meminêre, ut paulò ante diximus. Boëthius huius negocij uerus iudex, cum apud ueteres hæc ita mirè uariata uideret, & Plinium non ueritum dicere iucundam magis quàm necessariam subtilitatem, hæc ita temperauit, ut tamen utranque opinionem sub oculos lectori poneret, quemadmodum paulò ante locum indicauimus. Vt autem tãdem, quod certo sentimus, fateamur, dicimus in genere. Non absque ratione commentum hoc uisum esse Aristoteli, et dictu iucundius quã uero similius. Quippe si quis ea applicare, ut ita dicam, uoluerit, neque hercules Planetarum interualla, musicis intercapedinibus conuenire reperiet, neq; ullam certam soni rationem uel subiecto uel efficiente causa, ut Physicis placet, adesse deprehendet. Sed datur hæc uenia antiquitati, quæ quoquo modo humanas menteis ad cœlestium contemplationem erigendas existimauit. Ego nisi ab authoribus magnis hoc tractatum uidissem, silentio transire, quantum ad artem pertinet musicã, absq; omni, ut puto reprehẽsione potui, sed non sunt prorsus cõtemnenda, quæ tanta authoritate antiquitas memoriæ cõsecrauit, nihilominus res ipsa ut habet, duce ueritate, nobis prosequenda est.

Quid per nouem Musas intelligendum, Caput XIIII.

SEd neq; hoc silentio prætereundum est, quando ad Musices cognitionem, ut ex nomine apparet, nõnihil pertinet, Quare apud authores nouem Musæ dicantur. Apud ueteres tres dúntaxat fuisse Musas M. Varro tradidit, & Diuus meminit Augustinus in lib. cõfessionum, ea certe de causa, quod omnis sonus triformis sit. Nempe qui edatur uel uoce, ut faucibus, uel flatu, ut tubarum, uel pulsu, ut in cithara. Quidam quatuor etiam Musas faciunt, quidam septem à diapason septem speciebus, quæ opinio, si recepta esset, placeret. Sed nouenarius in Musis numerus,

merus, apud omneis ueteres, præſertim Homerum atq; Heſiodum, fabularum & antiquitatis principes peruicit. Qui tamen eodem, quo ſeptenarius, modo ad muſicen ſpectat. Verum non lubet nunc referre, unde dictæ ſint Muſæ, cur puellæ fingantur, quæ earum cognomina, neque enim hæc huius ſunt negocij. De nouenario numero nobis dicendum. Plato libro decimo de Rep. ſingulis Sphæris ſingulas ſirenas appoſitas tradit, per quas Sphærarum motum, aut ſonum potius ex motu natum, ſignificat. Quapropter octo hos ſonos octo uocat Muſas, neque antiquitas plureis poſuit cœleſtium corporum ſphæras. Ex his autem conflatã ſymphoniam nonam uocat Muſam, quam & ideo Calliopen dictam cõtendunt, & ab Heſiodo reliquarum omnium excellentiſſimam. Quod optimus Poëtarum Virgilius (ut nullius Philoſophiæ partis ignarus) uno carmine ſignificaſſe uidetur 9. Æneidos: Vos ô Calliope, inquit, precor aſpirate canenti, haud abſq; ratione plurali uſus numero ad unam Muſam, quanquam ad eam, quæ omneis alias comprehenderet Muſas. Quod in Erato libro ſeptimo non eſt auſus. Cæterũ hunc ex 9 Æneidos locum Chriſtophorus Landinus rectius doctiusq; enarrat quàm Seruius, ad eum quem iam diximus ſenſum. Poëtæ autem hoc ænigmate innuere uolebant, à ſuperis, hoc eſt, aſtrorum influxu dari, ut ſis Poëta, alioquí nihil artem efficere poſſe. Sed non eſt apud me certum, aſcendendó ne an deſcendendo ſonis Sphærarum aut ipſis Sphæris nomina congruant. Videtur autem ueriſimilior ordo, ſi quis aſcendendo his Muſarum nomina adaptet. Nempe ut Luna ſit Clio. Mercurius Euterpe. Thalia Venus. Melpomene Sol. Terpſichore Mars. Erato Iupiter. Polymnia Saturnus. Cœlum ſtellatum Vrania & ultima omnium Calliope. Quem ordinem ſi ſeruabimus, habebunt latum commentandi campum Grammatici. Nam Muſarum nomina Syderibus probè conuenire uidentur. Quæ diſcutienda relinquimus eis, qui exponendorum authorum prouinciam ex profeſſo ſuſcipiunt, ad hanc enim commentationem non pertinent. Nũc ipſum Heſiodi carmẽ apponamus & Muſarum ad cœleſteis orbes typum, ut ſi quid ex eis utilitatis ad lectorem manare poteſt, quemadmodum nos confidimus, non deſimus etiam hac parte ſtudioſis.

Κλειώ θ' Εὐτέρπην τε, Θάλειάν τε, Μελπομένην τε,
Τερψιχόρην τ' Ἐρατώ τε, Πολύμνιά τ', Οὐρανίην τε,
Καλλιόπην θ' ἥτις προφερεστάτη ἐστὶν ἁπασέων.


ὁ Οὐρανὸς ὁ ἀπλανής
ὁ Κρόνος
ὁ Ζεύς
ὁ Ἄρης
ὁ Ἥλιος
ἡ Ἀφροδίτη
ὁ Ἑρμῆς
ἡ Σελήνη
Διὰ πασῶν τῆς ὑπατοειδοῦς
Aeolij
modi Systema leuatum d. sua
sede per diatessaron.
Κλειώ
Εὐτέρπη
Θάλεια
Μελπομένη
Τερψιχόρη
Ἐρατώ
Πολύμνια
Οὐρανίη
Καλλιόπη
Nouem Musæ.
Anacephalæosis

Anacephalęoſis parua de Modorum diuiſione, Caput XV.

VErū iam huius extraordinariæ cōmentationis ſatis eſt, ad ipſam rem redeamus. Dictum eſt nobis antea, ſeptem eſſe diapaſon ſpecies à proslambanomene ad paraneten hyperbolæon, his apud Boëthium nominibus: Hypodorium, Hypophrygiū, Dorium, Phrygium, Lydium, ac Mixolydiū. Dictum item eſt, ex his ſeptē, quinq; bifariā diuidi, proprie arithmeticôs ac harmonicôs, Hypodoriū, Hypolydium, Dorium, Phrygiū ac Mixolydium. Hypophrygium autē arithmeticôs tātum, Lydium harmonicôs tantū: Atq; ideo duodecim eſſe proprie Modos, nō quatuordecim: Et tribus quidē primis ſpeciebus Hypodorio, Hypophrygio, ac Hypolydio nomina manere diuiſione arithmetica, ſequētibus autē quatuor Dorio, Phrygio, Lydio, ac Mixolydio diuiſione harmonica. At reliquis quinq; Modis inuerſa eſſe horum iam dictorum ſyſtemata, E tribus quidē primis duo harmonicôs, è quatuor autē ſequētibus tria arithmeticôs. Duo itaq; deficiūt altera parte ſyſtemata, quia ſecūda diapaſon ſpecies harmonicôs, ſexta arithmeticôs uerti proprie nō poſſunt, ut ſæpius dictum eſt. De ordine autē horum Modorum multis ante diſſeruimus uerbis. Nunc hoc ſaltē adiiciendū: Modos diuidi poſſe in principes & ſubditos, q̄s nunc ſubiugaleis uocant, uetuſtiores Plagios. Principes eſſe, qui diuiſi harmonicôs, cātus finē infima diapaſon chorda cōſtituunt, quorum ſint numero ſex. Æolius, Ionicus, Dorius, Phrygius, Lydius, ac Mixolydius. Subiugaleis uero, qui diuiſi arithmeticôs, cantus finē infima diapente chorda cōſtituunt, eadē cum ſuis principibus, q̄rum itidem ſint numero ſex, Hypoæolius, Hypoionicus, Hypodorius, Hypophrygius, Hypolydius, ac Hyperionicus, ſiue Hypomixolydius. Finales igit̄ duodecim Modorum chordæ ita habēt ſecundum ipſorum naturā. Æoliį ac Hypoæoliį in A. Ionici ac Hypoionici in C. Doriį ac Hypodoriį in D. Phrygiį ac Hypophrygiį in E. Lydiį ac Hypolydiį in F. Mixolydiį ac Hypomixolydiį in G. B clauis omiſſa eſt, q̄d in ea rarius cantus ſiniunt̄. Si tamē in ea inueniantur, ut poſtea exēplis oſtendere conabimur, iį cantus erunt Hyperæoliį ac Hypphrygiį, duorū Modorum à poſteris adiectorū, habebuntq; ſuum quoddā ius ut aliį, nēpe ut authentes ſit Hypæolius, Plagius uero Hypphrygius. Idq; in ſimplici ſcala abſq; tetrachordo ſynemmenon. Verū quia Hypoæolius & Hypoionicus extra ſcalam græcā expatiarent̄, tum ſi aliquot uocum cantilenæ inſtituant̄ in quatuor ſequentibus Modis, Baſis & ipſa extra eandē uagaretur, ſex Modi infimarum clauiū ſuis ſedibus per diateſſaron loco moti ſunt, manēte tamen immobili diapaſon ſyſtemate. Ita Æolius ac Hypoæolius in D. cū fa tamē in

b clauí, cantus ſuos finierũt, quanq; in a cõmodius potuiſſent. Ionicus & Hypoionicus in F. Dorius ac Hypodorius in G, ſed itidẽ cum fa in b clauí, ad hoc enim inuentũ eſt tetrachordum ſynẽmenon, ut ſyſtemata infima in ſuperioribus quoq; clauibus locũ haberent, & uoces omnes potius intra ſcalã continerent, q̃ extra temerè uagarẽtur, quod ſuperiore uolumine admonuimus, & tertio deinde exẽplis cõmonſtrabimus. Habent itaq; ex ſeptẽ diapaſon ſpeciebus quinq; binos Modos, uidelicet, Prima Hypodoriũ atq; Æolium, Tertia Hypodorium ac Ionicum, Quarta Doriũ ac Hyperionicũ, Quinta Phrygium ac Hypoæoliũ, Septima Mixolydium ac Hypoionicũ. Duæ uero reliquæ ſpecies ſingulos, nempe ſecunda Hypophrygiũ, Sexta Lydiũ. Duo em̃ reiecti ſunt, dequibus nunc ſæpiſſime. Hæc Modorũ tam intricata ordinis ratio, ac ſedium tãta diuerſitas in cauſa fuit, cur uera de his traditio tot annos doctiſſimos latuerit, nemoq; rogatus, quis eſſet Ionicus Modus, aut q̃modo à Lydio diſtingueret, quis Æolius aut quomodo à Dorio differret, planè definire potuerit, cũ apud authores frequens illorum eſſet mentio, & in canticis Eccleſiaſticis multæ mutationes ex Lydio in Ionicum, ex Dorio in Aeolium fierent, haud cognita apud homines cauſa, quo pacto id accideret.


De Prima diapaſon ſpecie & duobus Modis, Caput XVI.


AT nunc locus expoſtulare uideť, ut lectori, quod toties ꝓmiſimus tandẽ præſtemus, duodecim nempe Modorũ exempla. Qua in re id præfari mihi licebit, eorum Modorũ exẽpla, qui noti ſunt, paucis me indicaturũ, at eorum qui ignoti tot annis nomine latuêre latius explicãda ſuſcepiſſe, ut lector planè perſpiciat, à nobis nihil noui cõfictum, ſed quod uel hominũ negligentia, uel tẽporum iniuria tandiu propẽ modum ſepultũ fuit, id nos priſtino ſplẽdori reſtituiſſe. Primæ igitur ſpeciei diapaſon à proslãbanomene in meſen, hoc eſt, ab A in a, duo ſunt Modi, alter qui ipſius diapaſon apud Boëthiũ habet nomen, Hypodorius, & diuiſus arithmeticôs in D. uulgo nunc ſecundus dicit̃, quia Dorij, qui primi nomen obtinuit, Plagius eſt, quippe cum quo cõmunem habet diapente rela, & eandẽ diateſſaron reſol, infernè, quã ille ſuperné. Alter dî uiſus harmonicôs, olim Aeolius magna cum Dorio cõmunione, ſed de hoc paulò poſt. Hypodorius ſanè, diuiſus arithmeticôs, ac nũc noſter Secundus, ut diximus, nomẽ diapaſon ut proprium obtinens, tetricã quandam habet grauitatẽ, minimeq; adulatoriã, quo primi Eccleſiaſtici uſi uidentur in rebus mœſtis ac triſtibus, quod Tractatus, qui diebus piacularibus (quadrageſimã nunc uocant) canunt̃, planè oſtendunt. Tum reſpon

ſoria

ſoria uetera & Antiphona aduẽtus Domini. Modus eſt omnibus notus ex A graui ad a acutum. Finalis clauis eſt D, quæ & principis eius eſt Doriȷ. Attingunt tamen cantus eius infernè aliquando Γut, & ſupernè c, ſed licentia, Id quod plenius libro priore explicuimus. Nos unum Reſpõſorium exempli gratia apponemus, dignum cantatu, quod doctus uir noſtra ætate Ioannes Richafort quatuor uocibus elegantiſſimè cõpoſuit, quanc̃ licentia Symphonetarum uſus, per diapente loco mouit ſurſum, quod per diateſſaron oportuit, ut in alȷs quoc̃ Modis omnibus facere ſolent, itaq̃ ex Hypodorio fecit Hypoælium, cum uulgus contra ex omnibus Hypoæolȷs fecerit Hypodorios. Deinde & deſcẽſum à finali claue per quintam fecit, quæ natura eſt per quartam, ſed ſecutus eſt uulgi uſum, qui hęc ferè in quintam detorquet, quemadmodum in hoc Reſponſorio in uerbo miſerere, uerus deſcẽſus eſt ad Are, ut nos exhibemus, uulgus autem ad Γut uſq̃ detrudit, nec hic ſolum, ſed in omnibus propè modum Reſponſorȷs ad hanc formulam conpoſitis. Verum id nos, qui artem tradimus, commouere non debet. Cantio autem eſt huiuſmodi.

Hypodorij exemplum.





Hæc de Hypodorio. Sequitur Aeolius.

De Aeolio Modo,

Caput XVII.

ALter primæ diapaſon Modus Aeolius dicitur, diuiſus harmonicôs, Ideoq; in hac claſſe Princeps, uetus quidem, ſed multis annis nomine exulãs, ſimplex, ut uocat Apuleius, apertus, terſusq;, aptiſſimus cũ aliis cantibus, tum maximè modulandis lyricis uerſibus. Hic cum iucunda, ac ſupra modum dulci ſuauitate gratam habet ſeueritatem, quod non tam facit diapente re la, cum Dorio cõmunis, quippe quæ utroſq; cõcludit Modos, quàm diateſſaron mi la, ſuperne huic Modo annexa, mirè auribus grata, cum in Dorio ſit re ſol, non ingrata illa quidem neq; in concinna, ſed magis cũ re la uulgo celebrata, Ideoq; minus mirãda. Porrò quod Dionyſius Halicarnaſſeùs libro antiquitatum primo ſub finem planè teſtatur in lingua Romana Aeolida uocẽ dominari. Id doctis quibuſdam uiris haud abs re mirum uidetur, quãdo doricæ dictionis uerba, atq; adeò mutatio τῶ η, in œ apud Latinos ob uicinitatẽ Siciliæ & magnæ Græciæ, quæ doricè loquebantur, maximè familiaris fuerit. At ego Dionyſium non de dictionibus, ſed uoculatione locutum exiſtimo. Quãuis ea de re cum nemine contenderim, Hanc autem noſtram de Dionyſij uerbis opinionem nonnihil adiuuat, quod Romani ita Aeolium adamarunt Modum, ut cum primi Eccleſiaſtici Romæ cantus in templis ad uulgi aureis demodulandos conceperint, hunc Modum primum uſurparint, ſed modeſtè ſanè ac temperate. Primum enim dominicam orationem cum præfatiuncula, ſymbolumq; Nicenũ ad eum Modum inſtituerunt. Secuti deinde alij, ſed annis aliquot elapſis, qui angelicam ſalutationem, adiecto infernè tono, ad hoc qui Euangelium Matthæi ad eundem Modum, quanquam lõgius in ſuperiora euagati, demodulati ſunt. Finalis eius eſt A, quanquam etiam D. ſi quidem in b claui eſt fa, quod nunc uſus obtinuit, ut in aliis quoque Modis. Ea tamen res effecit, ut apud ignaros, quo pacto Modorum ſyſtemata natura diſtinguerentur, creditus ſit

hic

hic Modus Dorius, & uulgus cantorum etiamnum in ea eſt opinione, ut ſupra quoq; teſtati ſumus. Præterea eadē licentia eſt in Aeolio, quæ in Dorio aſcenſus ac deſcenſus, nēpe ut ſuperne Semiditonus cū multa gratia, inferne Tonus adijciatur. Nūc exēpla ipſa diuerſa ſubnectere placet, altera quæ diapaſon neutiquam impleant, ſed diapente dūntaxat, adiecto ſuperne ſemitonio minore, altera quæ huius quidem modi totam expleant diapaſon, ut habet eius natura. Atqui in prioribus operæ precium eſt uidere, quanta ſimplicitate, quanta item grauitate primi eccleſiaſtici cantus ſint orſi, ſepoſita omni prorſus pompa, excluſa omni leuitate, Tanta denicq; gratia ut nemo non probare poſſit, niſi qui non habeat aureis. Vt merito nos pudere debeat, tantum ab ea degeneraſſe. Sed nunc ad rem potius tractandam, omiſſa inutili querela, deſcendamus.


Aeolij Modi exempla.




Pater omnia ſecula ſeculorū. Amē, Oremꝰ. Pręceptis ſalutaribꝰ moni




ti, & diuina īſtitutione formati audemꝰ dicere, Pater noſter, q̄ es ī cęlis, Sā




ctificet nomē tuū. Adueniat regnū tuū. Fiat uolūtas tua ſicut in cęlo &



in terra. Panē noſtrū q̄tidianū da nobis hodie. Et dimitte nobis de-



bita noſtra, ſicut & nos dimittimꝰ debitoribꝰ noſtris: Et ne nos īducas in




tentationē, Sed libera nos à ma lo. Amen.

Inuenies


Inuenies alibi frequenter huius cantus caudam ſemiditono cũrtatam, q̃d ignorabant hunc Modum, dubitabantq̃, eſſetne ſol mi, an fa re. ac ꝓinde incerti cuius eſſet Modi, omiſerunt ultimam notam. At id nos, qui artem tradimus morari non debet, in multis enim alijs idem uitiũ increbuit.

Symbolum Nicenum in Aeolio Modo.



Credo ĩ unũ Deũ Patrẽ omnipotẽtẽ, factorẽ cœli, et terrę, uiſibili-

ũ omniũ, & inuiſibi lium. Et in unũ Dñm IESVM Chriſtũ Filiũ Dei



unigenitum, Et ex patre natũ ãte oĩa ſecula: Deũ de Deo, lumẽ de lumĩe




Deũ uerũ de Deo uero. Geĩtũ nõ factũ, cõſubſtãtialẽ Patri ꝑ quẽ oĩa facta




ſũt. Qui ꝓpter nos hoĩes, et ꝓp noſtrã ſalutẽ deſcẽdit de cęlis. Et ĩcarnatus



eſt de ſpiritu ſãcto ex Maria uirgine. ET HOMO Factus eſt. Cruci-




fixꝰ etiã, ꝑ nobis ſub Põtio Pilato. Paſſꝰ et ſepultꝰ eſt. Et reſurrexit tertia die




ſecũ dũ ſcripturas. Et aſcẽdit ĩ cęlũ, ſedet ad dexterã patris, Et iterũ uẽturꝰ eſt


cum



cũ gloria iudicare uiuos & mortuos. Cuiꝰ regni nõ erit finis. Et in ſp̃m



ſanctũ dñm, & uiuificãtẽ. Qui ex patre filioq; ꝓcedit, Qui cũ patre & filio




ſimul adoraẽ, Et cõglorificaẽ. Qui locutꝰ eſt ꝑ Proph. Et unã ſanctã ca-



tholicam, & apoſtolicã Eccleſiam. Cõfiteor unũ Baptiſma in remiſſionẽ



peccatorũ, Et expecto reſurrectionẽ mortuorũ, Et uitã futuri ſeculi.




A men.

HIc non poſſum ſatis ammirari publicam in huius cantus fine halluci-nationem, quæ ultimam notam in mi torſit, contra & naturam Mo-di, qui in re deponit cantuum finem, & aurium iudicium, quę ſol quidem in clauſulis finalibus ut uocant audiunt, mi uero nunquam, ſed re, eſt hu-ius diapente, atq; adeò Modi finis. Sequitur nunc Angelica ſalutatio, to-no infernè ut eſt mos principum ad diapente adiecto, his notulis.




AVe Mari a, gratia plena, Dñs tecũ. Benedicta tu in mu lie ri-



bus, & benedictꝰ fructꝰ uẽtris tui.

Hactenus


HActenus huius Modi exempla poſuimus quæ diapaſon non explẽt. Sed diapẽte dũntaxat, adiecto ſupernè ſemitonio minore, infernè uero in aliquibus tono. Nũc exemplum ponemus quod totã diapaſon percurrat, ut natura Modi expoſcit. Eſt autẽ Euangelij Matthæi initium oppidò eleganter ad huius Modi formulam exaratum. Quod uel in A re, uel in D ſol re, ſed non abſq; fa in b claui, ut ante diximus, uel in alamire incipere poterimus, manente nihilominus immutata Syſtematis natura. Verum quia nunc tres huius Modi cantus in Are cepimus, ex qua ſede, alamire etiam facile intelligitur, cum de octauis idem ſit iudiciũ. Nunc in D ſol re deguſtationem eiuſdem dabimus, ut lectoris induſtria exacuatur ad huius elegantiſſimi Modi naturam diligentius intuendam.



Non uiſum eſt operæ precium ea longius proſequi, quãdo quæ hic poſita ſunt, ſatis luculenter oſtendunt huius naturam Modi, itaq; ad alia progrediamur.


ID quoq; explicandum eſt, qualem in pſalmos huic Modo tam uetuſto dederint intonationem priſci illi Eccleſiaſtici. Eam rem mihi cogitãti ſæpius, nec facile quid ueri eſſet comminiſcenti, tandem in mentem uenit peregrini denominatio Modi, quem cur ita uocatum putem, non hercules habeo quod

beo quod dicam, ſed eã appellationẽ huius eſſe Modi & à uulgo uſurpatã non dubito, quippe qui hunc ignoraret Modũ, cuius ueſtigiũ tamen uide ret nondum prorſus obliteratum. Porrò cum Frãchini noſtri de Antipho nis: Nos qui uiuimus benedicimus dominum, tam prolixa præter ipſius conſuetudinẽ uerba, in negocio nõ admodũ arduo, legerẽ, nunc Ambro ſianos, nunc Gregorianos cõmemorantis, nec tamẽ cantus naturã exacte explicantis, uideo planius quod priore libro diximus, illi non, ut decuit, Modorum naturam perſpectam fuiſſe. Antiphona enim illa non Mixoly dij ſunt Modi, ut ipſe exiſtimauit, ſed Æolij, non ſuo quidem termina ta loco, ſed in quarta ſupra finalem clauem, ut omnes fermè clauſulæ in Symbo lo Niceno. Niſi quis putet & his caudam decurtatam, quod in plæriſq; cã tilenis huius Modi accidiſſe ſupra teſtati ſumus. Certe ipſa intonatio ſup Pſalmum centeſimum decimum tertium diebus paſcatis ad Baptiſterium cantari ſolita, de qua ad finem præcedentis libri diximus, huius eſt Modi, non adeò abſimilis differentiæ ultimæ Dorij, quam eodem loco libri prio ris poſuimus. Dorium uoco, quem uulgus primum nominat. Vt ſint anti phona Æolij ad hanc formulam.




NOs qui uiuimus benedicimus Domñ. In exi tu Iſrahel de Ægipto. domus Iacob de pop. barbaro. de populo barbaro.

In pſalmis autem maioribus, ut uocant, intonatio eſt non multum à Do rio differens, quam etiamnum in quibuſdam cœnobijs Hercyniæ ſyluæ decantant, ut ipſi ſæpe audiuimus, eas hic ſubnectere placuit, quando alio rum Modorum formulas ſuperiore libro exhibuimus, de cæteris, quos ſu pra negleximus, idẽ ſuo loco facturi.



Magnificat a nima mea Dominũ. anima mea dominum.




Benedictus Dñs Deus Iſra el. quia uiſitauit, & fecit redẽtionẽ plebis ſuæ

Reſponſoriorum Gloria Patri, patebit poſtea in Reſpõſorio: Te ſanctũ Dominum. In introitibus non ſuccurrit aliud à Dorio.

De ſecunda diapaſon ſpecie, atq; uno eius proprie Modo, Cap. XVIII.


SEcundæ diapaſon ſpeciei, quæ eſt ab hypate hypaton ad parameſen, hoc eſt à ♮ ad b, unicus eſt proprie Modus, ipſius diapaſon nomine Hypophrygius, diuiſus Arithmeticôs in E. Vulgo nũc Quartus, qa Phrygij, qui nunc tertius uocat, ſubiugalis eſt, qppe cum quo cõmunẽ habet diapente mi mi, & eandem diateſſarõ la mi inferne, quã Phrygius ſuperne. Hic modus triſtem quandã habet querimoniã, ac ſupplicem lamẽtationẽ, aptiſſimus ſacris cantilenis, ad quẽ Threni Hieremiæ aliquot in locis Germaniæ ac Galliæ ſuauiſſime canunt, ſed ad alia quoq; adhibet. Finalis eius clauis eſt E, quæ & Principis ipſius eſt Phrygij. Cæterũ huic Modo hoc familiare ac peculiare eſt, ut cantus eius raro contingãt infimã chordam ♮. nam fere in C manent, uitantes illud ſemitoniũ minus ex C in ♮. Cõtra uero ſuperne adijciũt ſemitoniũ ex b in c. Ita ut intra C ac c, maneant, perinde atq; Ionici cãtus, quanq; ab Ionicis in immẽſum differũt phraſi ac claui finali, ut in exemplis utriuſq; modi clarũ euadit. Cũ aũt hic Modus ſatis ſit uulgo notus, de eo plura dicere ſuperſedemus. Vnũ dũntaxat exemplũ ponere placuit, nempe Diuorũ Ambroſij ac Auguſtini elegãtiſſimam illam, & à tota decantatam eccleſia oden. Te Deũ laudamus, In qua huius natura Modi oppidò eleganter expreſſa eſt. Scio autem eam à diuerſis eccleſiis mire uariatam, nos ſimpliciſſimam formam ſecuti ſumus, Lectores, quod cuiq; uiſum fuerit, ſequãtur. Nam omniũ eccleſiarum formas proſequi, neq; poſſumus, neq; aut neceſſe aut utile uiſum eſt.

Diuorum Ambroſij ac Auguſtini ode ad Hypophrygium decantata Modum.






rubĩ,& Seraphĩ inceſſabili uoce ꝓclamãt, Sãctus,Sanctus, San ctus




Dñs Deus Sabaoth. Pleni ſũt cęli,etterra maieſtatis glorię tuę. Te glo




rioſus apoſtolorũ chorus. Te ꝓphetarũ laudabilis numer⁹. Te Martyrũ



cãdidat⁹ laudat exercit⁹. Te ꝑ orbẽ terrarũ ſãcta cõfiteť Eccle ſi a,



Patrẽ immẽſę poteſtatis. Venerãdũ tuũ uerũ,et unicũ Filiũ. Sãctũ q̃-



q̃ Paracletũ Spiritũ. Tu rex glorię Chriſte. Tu Patris ſẽpitern⁹ es Fili⁹.




Tu ad liberãdũ ſuſcepturꝰ hõiẽ,nõ horruiſti uirginis uterũ. Tu deuicto




mortis aculeo apuiſti credẽtib⁹ regna cœlorũ. Tu ad dexterã Dei ſedes in



gloria Patris. Iudex crederis eſſe uẽtur⁹. Te ergo quę ſũ⁹ tuis fãulis ſubueni,



q̃s p̃cioſo SANGVINE redemiſti. Aeterna fac cũ ſãctis tuis gloria munera-




De Hyperæolio reiecto Modo.


ALter huius diapaſon Modus eſſe poteſt ijſdem quidem extremis limitibus, quibus continetur Hypophrygius, Hyperæolium nominant, quòd proximè ſuper Æolium ſedem habeat, neq; enim aliud inuenit nomen, ſed mediatio obſtitit, quo minus in uſum uenerit. Nam authẽtarum lege infernè diapente, ſupernè diateſſarõ habere debebat, quod hic fieri nequit, ex ♮ enim in F ſemidiapente eſt, ex F autem in mi, quod eſt in b claue, tritonus eſt, ſed de hoc in ſuperioribus ſæpe dictum eſt. Quod ſi ar gutulus aliquis dicat, tritono adimendam eſſe Apotomen, ac ſemidiapente adijciendam, ut apta fieri queat mediatio, Dicimus tum non fieri nouũ Modum, ſed hunc recidere, uel in Phrygium, uel in Lydium, uel in alium quempiam modorum, quare hoc ineptum eſt. Non imus tamen inficias, ſi ſupernæ chordę ſemitonium, infimæ tonum, ut in alijs modis ferè fit, ad ijci concedamus, poſſe aliqua ratione, præſertim ab ingenio exercitato, cãtum aliquem ad eam formam inſtitui, ſed quem omnes docti merito contemnant, cum ſatis ſit alioqui Modorũ. Etſi hæc noſtra ætas, quaſi omniũ

tædio

tædio affecta, & noua quacunq; ratione quęrens, huiuſmodi cantus, cum plures uoces inſtituuntur, nobis nonnunquam effingit, ingenioſum exiſtimans inueniſſe aliquid, quod ueteres latuerit, cum uetuſtas hæc, non ut incognita, ſed ut indigna doctis auribus contempſerit. Nemo tamẽ quod equidem ſciam, in cãtu ſimplici hoc tẽtauit, ſed plurium uocum dúntaxat, ut dixi, compoſitores, ſic enim nunc uocantur. Exemplum ſit huius modi.



Hyperæoliį reiecti exemplum, tono infernè, Semitonio ſupernè adiecto.



SEd in hunc cantum & ſimileis merito exclamauerit quiſpiã illud Horatiį:

Amphora cœpit.
Inſtitui, currente rota, cur urceus exit?


Reperias nihilominus tamen apud Symphonetas huiuſmodi cantus, qui immodica famę ſiti ad taleis ineptias delabuntur. Cuius erroris cauſam puto, quod ueteribus contemptis, ſola noua placent, atq; ita nunc gloriã quęrimus, non eo hercle modo quo debemus. In Poëtica pulchrum eſt eximios ſequi uates, ita Virgilius Theocritum Heſiodum ac Homerum ſequi non dubitauit. In muſicis uero, Diį boni quàm hoc quibuſdam turpe uidetur, ſi quis uel Iodocum Pratẽſem, in hoc negocio propè Virgilium, uel Ioannem Ockenheim eruditiſſimũ uirum, uel Petrum Platenſem ſuauiſſimum modulatorem ſequi conetur. Cum illi tamen cantus naturam ingenio ac arte imitati, egregiam laudem iure meruerint. Noſtra uero tẽpeſtate ſint, qui nullam cantilenam, niſi iam recẽs ab authore, uelut incude adhuc feruęſcente proueniat, probent, ueteres omneis cõtemnant. Cæterum cum turpe putent ullum, quantumuis doctum imitari, ueteribus Modis occupatis omnibus, ad noua confingenda neceſſario uertuntur, ſed inepta atq; inſulſa, cum ueterum ſint docta atq; feliciter nata, naturę præterea, quod in muſicis maximum eſt, cõformia. Ego ſanè eius ſum opinionis, ut carmen Poëtæ doctum ſemper placet, ita cantum doctum non debere unquam diſplicere, atq; ideo immerito contemni. Secundum illud frequens apud Platonem, Δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν. Veterum cantus nunc uoco, quales ante annos ſeptuaginta plus minus finxerũt Muſici, neq; enim ante annos cẽtum hæ compoſitiones quatuor uocum fuêre, ut mea fert opinio, Sed de his in poſterioribus plura.

De tertia Diapaſon ſpecie & duobus eius Modis,

Caput XIX.

TErtia Diapaſon Species à Parhypate hypatō ad tritē diezeugme non, hoc eſt à C ād c, duos habet Modos, Alterū ipſius diapaſon nomine, Hypolydium, qui diuiſus arithmeticôs in F, apud ueteres eccleſiaſticos in haud infrequenti uſu fuit, nunc autem eius mi in b claui, uulgo in fa mutatur, ut recidat in ſeptimā diapaſon ſpeciem, nēpe in Mixolydiū, diuiſum arithmeticôs, qui apud ueteres Hypoionicus dictus eſt. At uetus hic Hypolydius mi in b claui habet ut Lydius, non fa, ut nunc mutatus canitur. Alter Ionicus ſiue Iaſtius, diuiſus harmonicôs, magna cum Lydio cōmunione, de quo paulo poſt. Hypolydius ſanè de quo cepimus, Lydij eſt Plagius, quippe cum quo cōmunem habet diapēte fa fa, & eandem diateſſaron fa ut inferne, quam Lydius habet ſuperne. Sextus uetuſtus dici poteſt, atq; ita nobis ſuperius nominatus. Mediocris iucunditatis eſt Modus, nihil eximiæ elegantiæ habens, propter mediationem ſub tritono factam. Ideoq; ueteres Eccleſiaſtici in grauibus cātilenis eo uſi uidentur: Quæ hodie tamen, ut iam ſæpe admonuimus in Hypoionicum plæræq; mutatæ conſpiciuntur, deiecto è ſupremo, quem in Hypolydio obtinebat, loco, ſemitonio minore, in ſecundū locum. Eſt autē Hypolydius ex C graui ad c acutum. Finalis clauis eſt F, quæ & principis eſt Lydij. Eius ſimplex exemplū eſt hoc, ad q̄d facile alia intelligi poſſunt. Ex Pſal. 14.

Hypolydij exemplum.



Huiu

HVius item Modi ſunt Introitus: Eſto mihi. Et. Os iuſti, quanq; codices ubiq; uariant. Alij enim notulas quæ c paruum in his attingunt, in b torquent, ut id quis uidere poterit, qui codices inſpicere uolet. In gradualibus uero, ut uocant, id longe apertius uidere licet, in quibus reperias ex Lydio non factum Ionicum, ſaltem ubi torquere licebat, Eſt autem ubi non liceat: Nempe ubi cantus ad e paruum conſcendit, & in b uno relabitur ſaltu, obſtat enim Tritonus. Cæterum in ea ſum opinione, conſpiraſſe quoſdam, ut ex omnibus Lydijs Hypolydijsq; facerent Ionicos Hypoionicosq;, at id parum feliciter proceſſiſſe. Ideoq; nunc tam tortos eſſe cantus, præcipue in gradualibus. Quod Lector ſimulatq; diligẽtius introſpexerit, uerum eſſe facile iudicabit, quare ut id latius explicaremus, non eſt uiſum operę preciũ. Huius aũt Modi Intonationes ab Hypoionico diſcretas nõ memini me uſpiã aut inueniſſe aut reperiſſe. Et nouas cõfingere, quãdo ueteres hoc omiſerũt, non eſt neceſſariũ, ſatis enim ſuperq; eſt Modorũ. Idem iudico de Reſpõſoriorũ ac Introituũ uerſibus. Qd' ſi quiſpiam uſpiam inuenerit. utatur per nos licebit. Iam ad ſecundũ huius ſpeciei Modum progrediamur.


De Ionico ſiue Iaſtio Modo,


Caput XX.

ALter tertiæ Diapaſon Modus Ionicus dicit, diuiſus harmonicõs, Ideoq; in hac claſſe princeps, omnium Modorũ uſitatiſſimus. Sed noſtra ætate ſede propria exulans per diateſſarõ in Lydij finali claui, hoc eſt, F. nõ tamen abſq; fa in b claui cãtus finit. τλαφυρὸς, à Luciano in harmonide dictus, hoc eſt, iucũdus, ab Apuleio uero uarius, qui non Ionicum ſed Iaſtium Græcis ſanè appellat, ut ſupra diximus. Porrò hic Modus ſaltationibus aptiſſimus eſt, quem plærq; Europæ regiones, quas nos uidimus, adhuc in frequenti habẽt uſu. Apud ueteres Eccleſiaſticos per raro ad hunc Modum cantilenã reperias. At à proximis quadringentis, ut opinor annis, etiam apud Eccleſiæ cãtores ita adamatus, ut multas Lydij Modi cantiones, ut iam ſæpe diximus, in hunc mutarint, ſuauitate ipſius ac lenocinio illecti. In Trochaicis magnam habet gratiam, & in Iambicis Catalecticis, ut apud Horatium ode 18. lib. 2. Carminum patet. Ionici etiam pedes huic Modo facilime aptãtur, q̃d Horatius ſemel dúntaxat exhibuit ode 12. lib. 3. Car. Quidam huic Modo laſciuam petulantiam tribuunt, uidelicet ad quem in ſaltationibus petulãtes fiant motus, atq; inde ab eodẽ Poëta in corruptos ſui ſęculi mores hoc ſcripto ꝓditum: Motus doceri gaudet Ionicos Matura uirgo. Nota eſt apud omneis hiſtoricos Ionũ leuitas etiam prouerbijs celebrata. Non me latet quæ apud Athe


næum lib. 14. de hoc Modo produntur, mihi nequaq̃ probabilia uiſa, qui motus & maiorum authorum ſcriptis, & ipſa re, quæcunq; adeò incerta à ſcriptoribus ſcribuntur, cum hic tum alibi toto hoc opere lubens ac ſciens prætereo. Satis erat Athenæo dicere, hoc ille ſcribit dum authores quæ quærimus ſæpe nominent tantum, non explicent, utpote eo tempore notiſſima. Sed id nobis, qui artem docemus, non ſatis eſt uiſum. Hac tempeſtate omne Vt, ad hũc conferunt Modum Cantores, quemadmodum omne Re, ad Dorium, & mi ad Phrygium, nullum Vt quàm huius Modi cognoſcentes, q̃d ſuperius quoq; admonuimus. Natiua clauis finalis huius eſt C. ſed nunc perraro ullam cantilenã in ea poſitam reperias, adeò uicit Tetrachordi Synemmenon affectatus uſus. Porrò huius item Modi exemplum habitum eſt libro priore, ubi de clauium tranſpoſitione diſſereba mus, poſitumq; à nobis fuit in Ffaut. Nunc uero aliud ponamus in propria ſede, ut ueteres pernotaſſe ueriſimile eſt. Cum autem in alijs principibus ferè infernè tonus apponatur, in hoc ſemitonium, non tonus eueniet. Quod quidam adeò non euitarunt, ut illud affectaſſe uideantur. Ego hercules non ponerem. Nam mire huius naturã Modi in auribus deformat; At nihilominus ſi ſuo in loco ponatur minus offendit. Hic Modus Quintus uulgo nominatur, qui & in noſtro ordine Quintus eſt. Sed nũc exempla eius ponamus, & primo ſimplex illud de Beata uirgine canticum, Sanctus. quod noſtra demũ ætate Antonius Brumel etiam quatuor uocibus elegantiſſimè inſtituit, à Leone Pontifice Max. eius nominis decimo approbatum. Sed Tenor ſic habet.

Ionici ſiue Iaſtij exempla.





Nunc aliud exemplum ponamus, quod ſemitonium infra finalem habet clauem, quod in hoc Modo rarum eſt, ut iam diximus.



Intonationes huius à Lydio per mi ac fa diſtincta s credimus. Introituum uero ac Reſponſoriorum uerſus ĩ dẽmne ſint in utriſq; an diuerſi, nihil definio. Sed in Lydio de his plura, ut ſpero dicemus.

De quarta Diapaſon ſpecie, ac duobus eius Modis,

Caput XXI.

HActenus eas diapaſõ ſpecies executi ſumꝰ, quę Plagiorũ obtinuêre nomẽ, Hypodoriũ, Hypophrygiũ, ac Hypolydiũ. Reſtat nũc ut reliq̃s q̃tuor, principũ nominibus appellatas, pſeq̃mur. Quarũ prima eſt, quę Doriũ ac Hypomixolydiũ ſiue Hypiaſtiũ duos cõtinet Modos, ex Lichano hypatõ ad Paranetẽ diezeugmenõ, hoc eſt ex D magno ad


d paruum

d paruũ. Prior Modus, quo nomine ipſa diapaſon uocaẽ, Dorius eſt, harmonicôs mediatus in a paruo, primus nunc uulgo habeẽ, omniũ Modorũ celeberrimus, à Luciano σεμνὸς, id eſt, ſeuerus, ab Apuleio bellicoſus, ab aliis prudentiæ largitor, caſtitatis effector (ita enim illi loquunt) dictus. Quidam adhuc elegantius ſcilicet, eum moroſe ac curialiter procedere aiunt. Hinc Plato in Lachete Virum de uirtute ac ſapientia dignè, ac ut uirum decet, diſſerentem, cuius ſermo operibus non diſſonat, ἁπλῶσι loqui putat, non ἰασί. Sed neq; φρυγιστὶ, neq; λυδιστὶ. Solam enim doricam Harmoniam eſſe græcam. Quid ſi mihi concedatur rudi iudicio de hoc atq; præcedenti pronunciare Modis, breuibus me abſoluam. Aio utrunq; Modum uideri mihi populi mores, unde nomina ſumpſere, pulchre referre. Athenienſes ſanè Iones fuêre: Lacedæmonij Dores: illi tametſi iucunditatis amatores, ac eloquentiæ ſtudioſi, leues tamen ſemper habiti ſunt. Lacedæmonij uero bello clari, militari diſciplina ac ſeueris Lycurgi legibus conſtricti, tetricos mores à maioribus acceptos diutius ſeruarunt. Ita hi Modi habent. Ionicus in totum ſaltationibus addictus, ſuauitatis ac iucunditatis multũ habet, ſeueritatis propè nihil. Dorius contra Maieſtatem quandam ac grauitatem præſefert, quam admirari facilius ſit, quàm explicare. Heroicis carminibus aptiſsimus, q̃d ipſe olim iuuenis coràm Maxæmyliano inclyto Cæſare expertus ſum Agrippinę in præſentia multorum principum, non abſq; meritæ lauri (abſit uerbo inuidia) præmio. Finalis huius certe Modi clauis eſt D. quæ & hypodorij, Mediatio autem ut iam diximus in a paruo. Præterea huic modo peculiare eſt ſupra diapaſon ſemiditono exultare cum magna hercle gratia, quod præter Symphonetarum uſum in uulgatis etiam linguæ Celticæ cantionibus uidemus. Sed hoc Aeolius quoq; habet & nonnunquã Hypodorius, ut libro ſequente exemplis declarabitur. Cuius quoniam notiſsimus eſt, unicum dũtaxat ac planum exemplum ponamus, nempe Diuæ Virginis ſalutationem à tota decãtatam eccleſia. Authorem eius ferunt Hermannum Contractum comitem à Veringen cuius mentionem faciemus in ſequentibus. Quanq̃ in ea cantione quidã deſcenſum hypodorij faciant in gementes, Alij in IESVM, ut mixtus uideri queat duorum Modorũ Dorij ac Hypodorij cantus. At nos eum nõ probamus, ſed ſimpliciter Dorij Modi formulã exequemur, ac breuius q̃dem illud, quam ulla decantet eccleſia.

Diuæ

Diuæ Virginis ſalutatio

ad Dorium.



Quod autem ſuperius de Æolio diximus Modo, maximam eum cũ Dorio habere conuenientiam, adeo uerum etiam in hac cantione apparet, in uerbis inquam, miſericordes, & nobis. Quidam etiam plura in his deprauant, ita ut rarum Dorij cantum inuenias, quem non alicubi per ſynemme non tetrachordum in Aeolium flectãt, quod ſi iudicio fiat, non improbo. At ſi ignauia ac libidine omnia confundendi ac immutandi, non poterit ea res cuiquam cordato placere. Sed ualeat hic error cum cæteris. Nunc ad alterum huius ſpeciei Modum.

De Hypo-


De Hypomixolydio ſiue Hy

periaſtio, Caput XXII.


ALter quartæ diapaſon Modus, quòd proximè ſuper Iaſtium ſedẽ habet, nec aliud, ut Dorius, ſpeciale nomen agnoſcit, Hyperiaſtius dicitur ſiue Hypoionicus. Poteſt & Hypomixolydius uocari, q̃d Mixolydio ſit Plagius, quippe cum quo habet cõmunem diapẽte ut ſol, tum quam Mixolydius diateſſarõ re ſol, ſupernè adhibet, hic habet, infernè, quanquam ſic in Dorium cadit, quod enarratis hactenus plagijs omnibus accidit, ut Hypodorius in Aeoliũ, Hypophrygius in Hyperæolium, qui propter ineptam mediationem reiectus dicitur, Hypolydius in Ionicum. Porrò hic Hyperiaſtius ſiue Hypomixolydius arithmeticôs in G mediatus nunc Octaui nomen uulgo obtinet, ac in eadẽ claue cum principe ſuo Mixolydio cãtus finit. Apud ueteres Eccleſiaſticos in magno fuit uſu, ad quem elegantiſſimas ſanè, ac ſuauiſſimas cantilenas effinxerunt, noſtra uero ætate, ut ſupra teſtati ſumus, Cantores ad eam formam rariſſimè Tenores nouos inſtituunt, à ueteribus tamem deſumptos elegantiſſimè quatuor concludunt uocibus. Probatum autem eſt ſuperius, ſi hunc Modum addendum putent ſeptem illis uulgaribus, neceſſe omnino eſſe, ut reliquos etiam quatuor addant, Aeolium, Hypoeolium, Ionicum, Hypoionicum, quanq̃ poſteriores hoſce duos, Lydio Hypolydioq̃ reiectis, habeant, atq̃ planè ignorant eorũ nomina. Hic certè Hyperiaſtius præter phraſin mediationemq̃, ac finalem item clauem, reliqua cum Dorio, quantũ ad diapaſon naturã, omnia eadem habet, cũ quatuor iam nominati etiã ſemitonio uarient cum ijs Modis, quibus cantores eos adnumerant. Vt Aeolius à Dorio, & Ionicus à Lydio. Idem dico de eorum Plagijs. Sed de his ſatis in ſuperioribus. Eſt in hoc Modo ſuauitas naturalis & uelut Rhetori commoda, per quintam ex F in c, qua ad Proæmia utatur, ſine fuco iucunditas & auribus affluens dulcedo, quam ſæpe quærit per fa in b claui, quemadmodum & Dorius, cum quo etiam hoc habet cõmune, patet hoc in plærisq̃ huius Modi cantibus, præſertim in Reſponſorijs, quorum ad hunc Modum plurima à ueteribus compoſita in matutinis potiſſimũ canuntur. Sed eius exemplum ponamus, proſam, quæ in die Pentecoſtes canitur: Sancti Spiritus adſit nobis gratia. quã impenſè placuiſſe D. ERASMO Roterodamo, et ab eo eximiè olim laudatam memini. In qua, uerſibus ultimo ac penultimo aſcenſus eſt uulgo ad f paruum, more aliarum ferè, paſſarum huius Modi, ſed eum in ueteribus codicibus non inuenio. Item in uerſibus: Tu animabus uiuificandis. &, Tu aſpirãdo. quidã in a paruum aſſurgunt, leuatis omnibus eorum notis plus diapente, quod nobis non probatur.

probatur. Denicꝙ in iſtis duobus uerſibus. Tu diuiſum. &. Idolatras, mira eſt in omnibus codicibus uariatio. Quidã in ſ paruum uſcꝙ leuant, q̃d neſcio quàm probem, In alijs codicibus detortum uideo in Tetrachordõ Synemmenon cantum, quod nos ſecuti ſumus propter uetuſta exemplaria, quãquam dura eſt poſt eos uerſus inceptio in Ergo nos ſupplicantes. Quam duritiem ſi quis euitare uolet, leuet iam dictos uerſus omnibus notulis tono, & Modus inconcuſſa manebit qualitate. Habet hæc proſa miram modeſtiam, inenarrabilemꝙ grauitatem, In qua operę pretium eſt uidere authoris ingenium, quàm uarias in uno Modo inuenerit formulas, quàm limitibus Modi cantum coërcitum exhibuerit, quàm eleganter uerba numeris acommodarit, ſed nunc ipſam audiamus,

Hypomixolydij exemplum.




SAncti Spiritꝰ adſit nobis gratia, Quę corda noſtra ſibi faciat habi




taculũ, Expulſis ĩde cũctis uitijs ſpiritalibꝰ. Spiritus almeilluſtrator hoĩm



Horridas noſtrę mẽtis purga tenebras. Amator ſãcte ſẽſatorũ ſẽp cogitatu




ũ, Infũde ũctionẽ tuã clemẽs noſtris ſẽſibꝰ Tu purificator omniũ flagiti




orũ Spiritꝰ Purifica noſtri oculũ interioris hominis, Vt uideri ſuꝑmꝰ geni




tor poſſit ànobis. Mũdi cordis quẽ ſoli cernere poſſũt oculi. Prophetas tu




inſpiraſti, ut p̃conia CHRISTI prę cinuiſſẽt inclyta, Apoſtolos cõfortaſti, u




ti tropheũ CHRISTI p̣ totũ mũdũ ueherẽt. Quãdo machina p̣ uerbũ




ſuũ fecit De9 cęli terrę mariũ, Tu ſup aq̃s fotur9 eas numẽ tuũ expãdiſti




ſpirit9. Tu aĩab9 uiuificãdis aq̃s fœcũdas. Tu aſpirãdo das ſpiritales eſſe




homĩes. Tu diuiſũ p̣ lĩguas mũdũ et rit9 adunaſti Dñe. Idolatras ad cultũ




Dei reuocas magiſtrorũ optime. Ergo nos ſupplicãtes tibi exaudi, ppitius




Sãcte Spirit9, Sine q̃ omẽs p̃ces caſſę credũt et ĩdignę Dei aurib9. Tu q̣ o=



mniũ ſeculorũ ſãctos tui numinis docuiſti iſtĩctu amplectẽdo ſpirit9. Ipſe



hodie apoſtolos CHRISTI donãs munere in ſolito, & cũctis inaudito ſe=



culis, Hũc diem glori oſum fe ci ſti. Alleluia.


Reperias autem plurima Antiphona huius modi inter F magnum & e paruum, quemadmodum uetuſtus apud Eccleſiaſticos Lydius aut Hypoæolius, de quibus poſtea.


De

De quinta diapaſon ſpecie ac duobus eius Modis, Cap. XXIII.


QVinta diapaſon ſpecies, ab hypate meſon ad neten diezeugmenõ hoc eſt, ab E magno ad e, paruum duos habet Modos, Alterum ipſius diapaſon nomine Phrygium, harmonicôs diuiſum in Para meſe, hoc eſt, in mi b clauis. Alterum Hypoęlium diuiſum arithmeticôs in a paruo, de quo paulo poſt. Phrygius uulgo Tertius dicit̃, celebris in primis, & uetus Modus. Horatius barbarum uocat ode 9 Epodon, ubi & Doriį meminit. Barbarum Acro exponit Phrygiũ, Lucianus uocat ἐνθεον, Apuleius religioſum, quod hic Modus habeat neſcio quid lachrymabile et quod animos ad fletum excitet, quo modo Diuam Magdalenen ad ſepulchrum flentem quidam oppidò elegãter finxit, cuius cantũ poſtea libro ſequente referemus. Quidam aiunt eum habere indignantis ſeueram inſultationem, aliį pugnas excitare, & uotum furoris inflammare, Vnde & σκολιὸν à Græcis dictum. Et Phrygiį ὁ ἐνθεον D. ERASMVS, ut ſupra diximus, impetum uertit. Nota eſt fabula Adoleſcentis Tauromitani, Phrygio modo ad expugnandas pudicæ (ut apud Boëthiũ ait Cicero) mulieris ædes excitati, & à Pythagora, qui mutato Modo, Spondeos ſuccini iuſſerit, ab audaci facinore ſedati. Accipit hic Modus libenter tonum inferne, aliquãdo & ditonum, ad quem ſunt, multarum dominicarũ Introitus, & Reſponſoria. Benedictio Cærei elegantiſſimè ad hunc cõpoſita Modum. Nos uno exemplo, quod Modum belle repræſentat, cõtenti erimus, cũ ſit omnibus notus. Quanq̃ haud ſcio quàm uetuſta ſit ea cãtio, canit̃ frequẽs de ſancta uirgine Catharina in diocœſi Conſtãtienſi, in qua deſcenſus eſt in D magnũ tono infra clauẽ finalẽ, quod aliį quoq; principes patiunt̃, ut Aeolius, Dorius ac Mixolydius. Talis eſt & in Reſponſoriįs. Viſita quæſumus, &, Diſcubuit IESVS, q̃rum alterum in Templorum dedicationibus canitur, in his regionibus, alterũ diebus Iouis in Dominici corporis honorem. Vtraq; nõ ualde uetuſta cantilena, ut puto, ſed quæ Modi naturam mire exprimant, Id quod nũc quærimus. Neq; enim hic exemplorum eſt defectus.

Phrygij Modi exemplum.







uox eſt dulcis ī aure Domini, quæ pauſas ſub umbra dilecti. Ab ęſtu mũ




di trãsfer nos ad amœna Para dy ſi Pulchra Siõ Fi-



li a ꝑ mortali tunica a gni tecta uellere & co ro na glo-



ri æ. Ab ęſtu. Glori a pa tri & fi li o & Spiri tu ſ



Sancto. Ab æſtu.

De Hypoæolio Modo,


Caput XXIIII.


ALter quintæ diapaſon Modus Hypoæolius dicitur, quod Aeolĩ ſit plagius, quippe qui cum communem habet diapente la re, ſed diateſſaron la mi, quam Aeolius ſuper diapente habet, hic inferne annectit. Mediatur arithmeticôs in a paruo, ac cum principe ſuo eadem claue cantus finit, ſed ſupra per diapaſon, ne extra ſcalam diateſſaron eius deſcenderet. Hic Modus rarus eſt in uſu noſtra ætate, ad quem paucas in choro cantilenas reperias, pręter Gradualia quędam, ut uocant, quorũ

qũorum multa in aduentu, multa diebus paſchalibus canuntur, quędam alijs item temporibus: quod factum exiſtimo ignorantia diſcriminandi Modos. Nam quoties huius Modi formulam uulgus inuenit, continuo eam corrupit, ac pro la mi diateſſaron inferne huius Modi propria, cecinerunt ſol re diateſſaron Hypodorij, Ita factũ eſt, ut omnes Hypoæolij Modi cantus in Hypodorium ceciderint. Ea cauſa Phonaſcis etiam fuit noſtra ætate, ut hunc Modum non niſi ignorantes inſtituerent, Inter quos eſt Richafort qui Hypodorium cõtra, atq; uulgus ſolet, in Hypoæolium uertit, ut ſupra diximus in Hypodorio. Porrò hunc item Modum Iacobus Hobrechth aliquoties tractauit ſuauiſſime, ut ſequente libro oſtendemus. Admittit & hic Modus inferne tonum, ſuperne autem ſemitoniũ, ut Princeps eius Æolius, quod pulchre apparet in cãtu Collegerũt. Quod quidam ignorantes, atq; huius Modi cantum ad Hypodorij formam, ac ſedem aſtringentes, ſemiditono aſcenſum per quam ineptum fecerunt, ut in exemplo ſubiecto, in uerbo: ſine cauſa, quidam fecerunt. Hobrechth ſemitonium ſuperne adiecit, inferne ditonum, ut poſtea oſtendemus. Sed exemplum nunc ſubnectemus.


Hypoæolij Modi

exemplum.






Quo ni am tribula ti o proxima eſt, et non eſt qui ad-




iu uet. Sed tu Glo ri a. &cęt.

INuenitur etiam hic Modus intere paruum & F magnum, defecto inferne ſemitonio, quod in Lydio ſuperne deficere ſolet, ut capite ſequente mox oſtendemus. Ita fit, ut hic Modus eiſdem ſæpe limitibus ingrediatur, quibus apud ueteres Eccleſiaſticos Lydius, à quo phraſi in immenſum diſtat, finiatur tamen propria ſede in a paruo, cum Lydius in F magno. Eius rei exemplum ponemus Antiphona illa quæ Diuæ Virginis MARIAE aſſumptionis die canuntur, ea ita habent.




EX al tata es Sãcta Dei genitrix ſup choros angelorũ ad cœleſti-



a regna. Euouae.

Ita quæ proximè ſequuntur: Paradyſi portæ, & de diuo Michaële archangelo Glorioſus apparuiſti in cõſpectu Domini. Item in aduentu plurima & alijs item temporibus & maxime in xl. quadragesima.

INde & minorum pſalmorum Intonatio colligitur, ad hunc Modum, quæ phraſi quidẽ haud multũ, at poſitu ſanè ab Hypophrygio differt.



Dixit Dominus Domino meo Se de à dextris meis.

MAiorum pſalmorum intonationes nondum inueni. Reſponſoriorum puto eum eſſe uerſum, quem in Circundederunt iam exhibuimus. Sed neq; Introituum uerſum uſpiam me uidiſſe memini. Atqui ea de re nolim anxium eſſe Lectorem, cum alioqui ſatis ſit Modorum.


De


De Sexta diapaſon ſpecie ac uno eius Modo

Caput XXV.

SExtę diapaſon ſpeciei, quæ eſt ex parhypate meſon ad triten hyperbolæon, hoc eſt ab F magno ad f paruum, Vnicus eſt Modus ipſius Diapaſon nomine Lydius, diuiſus harmonicôs in c paruo. Ideoq; Princeps in hac claſſe, quippe qui Plagium habet Hypolydium, de quo antea. Communis duorum Modorum diapente fa fa. Clauis finalis. F magnum. Diateſſaron ut fa, hic ſuperne adnectit, cum Plagius inferne. Porrò hic Modus apud ueteres Eccleſiaſticos in magno fuit uſu, ut ex cantibus uetuſtioribus ſatis liquet, ſed tetricus uidetur Modus, quem Lucianus, βακχικὸν uocat, Apuleius querulum, Horatius uero Lydium pro Ionico, ut Perſas pro Parthis uſurpaſſe uidetur. Plato in Republica libro tertio, ter binas Harmonias numerat. Alteras θρηνώδεις, hoc eſt, lugubres ſiue querulas μιξολυδιστὶ καὶ συντονολυδιστὶ, id eſt, Mixolydias & Syntonolydias, quas ne mulieribus quidem utiles ait, nedum uiris. Alteras μαλακὰς τε καὶ συμποτικὰς, id eſt molleis ac temulentas, ἰαστὶ καὶ λυδιστὶ, id eſt, Ionicas & Lydias, quotcunq; χαλαραὶ, hoc eſt, relaxæ, remiſſæq; & reſolutæ (ita enim copioſe exponit interpres) uocantur. Sed neq; has bellicoſis uiris utiles exiſtimat. Relinquntur igitur duæ, δωριστὶ καὶ φρυγιστὶ, id eſt, doricæ ac Phrygiæ, De quibus tamen nihil certi pronunciat. Sed adhibendas omnino eas harmonias præcipit, quæ animum uirilem ad generoſa decora inflammant ac excitant. Hæc tamen obiter Glaucus apud Platonem Socrati, neſcire ſe Harmonias faſſo, refert, Itaq; Plato tanq̃ ipſi nõ ſatis nota differit, quanquam illum hæc perſpecta habuiſſe puto, ut erant illo doctiſſimo ſæculo omnia mathematica. Quo Pacto autem ab interprete ſint intellecta, haud facile dixerim, Illud certe μιξολυδιστὶ, uertendum erat mixolydiæ, quomodo omnes muſici compoſito pro ſimplici utuntur, atq; adeo pro Septimæ diapaſon ſpeciei nomine. Idem de συντονολυδιστὶ ſentio, quod haud ſcio an pro Aeolio poſuerit Modo, Quod ſi eſſet, Platonis nomẽclatura in ſex Modorum principibus prorſus nobiſcum conueniret. Fieri autem poteſt ut Plato Syntonolydium intentum Lydium intellexerit, ut muſici uocãt Syntonũ diatonum, quo pacto et Cleonides in introductorio & alij muſici tetrachorda per tria ſecãt genera. Iulius aũt Pollux lib. 4. cap. 9. Sex item principes ponit his uerbis. Ἁρμονίαι δὲ, (inqt)

Δωρὶς, ἰὰς, Αἰολὶς, ἃ πρῶτα. Καὶ φρύγιος δὲ, καὶ Λύδιος ὁ λοκρικὴ, Φυλοξένου τὸ εὕρημα.
Apud quẽ Mixolydius abeſt, ut apud Platonẽ Aeolius, Niſi qs λοκρικὴν, pro Mixolydio poſitã cõtendat, cũ Cleonides Hypodoriũ ita uocatũ ſcribat. Idẽ Pollux paulo poſt ca. 10. ubi de tibiarijs Harmonijs differit ita ait. Καὶ ἁρμονία μὲν αὐλητικὴ δλωδισὶ φρυγισί. λύδιος ὁ ἰωνικὴ ἡ συντονολυδιστὶ, ἣν Ἄνθιππος ἐξεῦρε. Nec me fugit apud eundem Pollucẽ paulo poſt inter ſaltationis ſpecies & Syntonon enumerari, uerum ibi de Harmonijs non loquitur, Et συντονος, uox ex appellatiuo multis rationibus ꝓpria fieri poteſt. Sed ad Platonem redeo, quem uno ore aiunt Lydium reieciſſe Modum ut leuem, ꝙd mihi quidem non uidetur. Nam Mixolydium & Syntonolydium cum Lydio eundem eſſe, non puto exiſtimabunt. Et Plato ita uidet̃ de ijs Modis locutus, ut in uniuerſum nihil certi affirmet. Sed eos eligendos præcipit, ut iam admonuimus, qui maſculum retineant animum & ad uirilia facta ſtimulent. Verum enimuero, quod prius nobis dictum eſt, negari non poteſt, antiquitatem hos uariaſſe, ſed neq; dubium eſſe Modorum naturã alio torqueri poſſe, ut q uideat̃ leuis Modus, eum ad grauia adhiberi perdifficile non eſſe, modo accedat felix ingenium, Et contra grauem ad leuia quoq;. Quod in carmine Elegiaco apud Ouidium contra generis eius naturam factum grammatici contendunt. Ego itaq; Lydium egregiũ Modum exiſtimo, ſi quis ita tractet quemadmodum ueteres Eccleſiaſtici. Sed nunc uerborum ſatis eſt. Apud ueteres igitur Eccleſiaſticos uideo duplicem huius Modi fuiſſe uſum, alterum inter F et e paruum, ut ipſi diapaſon ſuperne deeſſet ſemitonium minus, Alterum inter duo F f, integra diapaſon: ſed eum plerunq; eſſe corruptum. Prioris uſus breue eſt hoc exemplũ.






uen tus tu a.

Ad hanc formam eſt: Loquebar de teſtimonijs tuis. Introitus de Virginibus, & plurimi ueterum cantus.

Reperias eundem hunc ueterem Lydium deſcendere in E graue, quemadmodum ſuperius de Ionico diximus in ♭ graue, aut in Synemmeno in E graue. Cuius hoc exemplum eſt.



Mon tes & omnes colles humiliabuntur. Et erunt praua in directa & aſpera in ui as planas Veni Domine & no li tarda re


Alleluia Euo ua e.

HVius aũt Modi aliasuel minorum uel maiorũ pſalmorũ intonationes, Item Reſpõſoriorũ Introituũq; Verſus alios quã priore libro de quinto uulgi Modo exhibuimus, haud eq dẽ inueniſſe me memini. Imò in ea ſum opinione, quas intonationes, quosq; Introituum Reſpõſoriorũq; Verſus uulgus habet in quinto ſuo Modo, hoc eſt Ionico, ea omnia olim Lydij fuiſſe. Verũ poſteaquam ſolum uerterit Lydius, etiam hæc ſucceſſoris facta uel belli, uel mauis delatoris iure. Admonuimus hoc etiam ſuperius de Modi huius plagio, nempe Hypolydio, atq; adeo etiam de Hypoæolio. Nec hæc corruptio difficilior eſt quàm in Gradualibus, ut mox dicturi ſumus, ubi ex mi fit fa in b claue, quę mutatio tortos ſanè nobis dedit cantus.

Lydij Modi exemplum.



QVis dabit ex Sion ſaluta re Iſra el? cũ auerterit Dominꝰ captiui




DIximus autem in ſuperioribus hunc Modum noſtra ætate apud Cãtores in nullo eſſe uſu, cuius omneis cantus in Ionicum deflectunt, pro mi in b claue fa ſubſtituẽtes. Quæ conſuetudo ita inualuit, ut purum Lydium nunc raro inuenias, cui non alicubi fa ſit inſertum, quaſi cõſpiratione in eum facta, de exilio eius publice ſit decretum. Haud quaquã tamẽ negauerim eam cõmutationem aliquando cõmode fieri, aliquando neceſſitate urgente: Commodè fit in una alteráue nota, quæ tamen Modum non mutat. Neceſſitate uero propter Tritonum in genere diatonico uitandum. Atqui ea mutatio corruptos nobis fecit, ut iam diximus, cantus, ut in gradualibus potiſſimum uidere licet, præſertim facta iam aliquot locis mutatione mi in fa. Deinde uero cum more ſuo hic Modus in a paruum aſcendat, ac deſcenſus fiat ſubitus in b clauem, neceſſe eſt remeare mi: Neq; enim ibi fa cani potuit, ut in reliqs præcedentibus notulis: fieret enim Tritonus. Cæterum in F magnum delatus, ac rurſus in b clauem aſſurgens, neceſſario mutat mi in fa, alioqui rurſus tritonus interueniret. Inuenies autem quoſdam huius Modi cantus, qui in a paruum neq; ita ſubito conſcendunt, niſi etiam f paruum attingant, neq; rurſus ſubito ac uno lapſu ex a in b re labuntur, ſed ex f in c: Quos omnino in Ionicum deflectere queas, bifariámq; cãtare uel p diapẽte Lydij fa fa, aſcendẽdo fa re fa, deſcẽdẽdo fa la fa uel per diapente Ionici in Synẽmenõ tetrachordo ut ſol, aſcendẽdo, ut mi ſol, deſcendendo ſol mi ut. Quanquam haud ſcio, qui fiat, ut cum uoluptate quadam libentius Ionico acquieſcamus, tinniatq; ſuauius illud fa quam mi in auribus noſtris, ſed puto uel aſſuetudinem per omnẽ uitam Ionico obnoxiam in cauſa eſſe, uel, quod uero ſimilius eſt, Ionicum Lydio naturaliorem eſſe, grauiorem aũt Lydium. Sed huius Modi exemplũ ponamus, quod bifariam cani poterit.

Exemplum

Exemplum cõmune Lydij ac Ionici, ſed alterius in diezeugmenõ,

alterius in ſynemmenon tetrachordo.



NEumatis huius (nã ita uocant unius ſyllabæ plurimas notulas certo iterationis agmine incedenteis) quartam ab fine notulam, item decimam, aliꝭ in b dũtaxat leuant, ut Ionico ſoli fiat apta cantio, aliꝭ in c ſuſtollunt, utriqꝫ aptum Modo, quod nos, etſi rarius ita inuenitur, ſecuti tamen ſumus, ut res ipſa, cuius gratia exemplum adduximus, clarior eſſet. In fine etiam uerſus omnes in fa libentius inclinant, poteſt tamẽ & mi cani, ſed duriuſcule ſonat. Verum hæc de Lydio ſatis.

De


De Hyperphrygio reiecto altero.

ALter huius diapaſon Modus eſſe debebat iiſdem quidem limitibus quibus hic Lydius, ſed mediatio obſtitit, quo minus in uſum uenerit. Nam plagiorum lege, inferne diateſſaron, ſuperne diapente habere debebat, quod hic fieri nequit. Ex F enim magno, in mi quod eſt in b claue Tritonus eſt. Ex eodem autem mi, in e paruū ſemidiapente eſt. Hic Hyperæoliȷ, de quo in Hypophrygio diximus, plagius eſt, quapropter cum τὸ ὑπό, nominandus erat, ſed Hypohyperæolius nemo ſanus dixerit, quando Hypomixolydium etiam quidam dicere non audent, Sed Hyperphrygius non incommode à quibuſdam dicitur, nempe ad formam Hyperiaſtiȷ, Hypermixolydiȷ ac Hyperæoliȷ. Eſt enim hic proxime ſupra Phrygium, nec aliud habet nomen, ut habet, cuius ſyſtema obtinet, Lydius. Quod autem Politianus ac Franchinus Hyperlydium uocatū ſcribant, ſcire uelim, quibus authoribus tradant. Ego hercle codicum errore deceptos crediderim, ita enim omnes corrupti noſtra ſunt ætate, ut iiȷs, quoties res contrarium clamat, prorſus nihil ſit confidendum. Niſi forte quis nouo more, τὸ ὑπερ ἀντὶ τοῦ ὑπό, accipi putet. Hic enim Modus & ſi male uerſus, ad Lydiȷ tamē ſyſtema conſiſtit. At neq; Ptolemæus Hypermixolydiū, neq; Ariſtoxenus Hyperiaſtium ſic intellexêre, quare mendum in libris eſſe exiſtimo, non nouam appellationem. Hunc Modum apud Eccleſiaſticos ſemel atq; iterum celebratum reperio, ſed aliquādo nō pleno ſyſtemate, Cuius duo hic exempla ſubiȷcere placuit.

Exemplum Hyperphrygiȷ ſemitonio minore defectum ſuperne, ad formam Lydiȷ.




Tol li te ho ſti as & intro i te in a tri a e ius adora




ado rate Dominũ in au la ſan cta e ius.

ESt huic ſimilis aſcenſu ac deſcenſu cantio Domine fac mecum miſericordiam tuam, quam referemus libro ſequente in Lydio, ubi de Hyperphrygio exempla adducemus, atq; adeo huic etiam ſequenti prorſus ſimile alterum, ut hoc præcedens ſuum habet alibi.

Eiuſdem Modi exemplum tono ſuperans diapaſon.



PEr ſignũ crucis de ini micis noſtris. Libera



nos Deus no ſter.

De Septima diapaſon ſpecie, & duobus eius Modis,

Caput XXVI.


VLtima diapaſon ſpecies ab Lichano meſon ad Paraneten hyperbolæõ, hoc eſt, à G magno ad g paruum, duos habet Modos, alterum ipſius diapaſon nomine, Mixolydiũ, harmonicôs diuiſum in paranete diezeugmenon, hoc eſt, in d paruo. Alterum Hypoionicum diuiſum arithmeticôs in c paruo, de quo paulo poſt. Mixolydius igitur, uulgo ſeptimus dictus, inde ut puto nomen habet, quod cum Lydio permixtus ſit, quippe cuius ſeptem poſſideat chordas, quanquam aliam quoq; cauſam huius denominationis ſuperius aſſignauimus.

Apud ueteres Eccleſiaſticos in maximo erat uſu, noſtra uero tempeſtate in nouis thematis, quemadmodum & eius Plagius, Mixolydius, atq; adeo Lydius cum ſuo Plagio Hypolydio, prope ignotus. Quod inde accidiſſe reor, Quod Ionicus celebrior Modus, & ut puto, antiquior hominũ uſu, ut ſol habeat diapẽte, & ſi nõ poſitu ſpecie tamẽ cũ Mixolydio communẽ, Cæterum aſſuefactio ea effecit, ut cantores ad eam perpetuo adiecerint ut fa, quæ diateſſaron eſt Ionici, ſuperne adiecta, non re ſol, quæ Mixolydij eſt diateſſaron. Porrò ad hunc Modum multæ ſunt iucundiſſimæ cantiones, ut in mille Reſponſorijs Introitibusq; patet. Viri Galilæi huius eſt Modi, Intritus. Item: Puer natus eſt nobis, quem Petrus Platenſis Gallus elegantiſsime quatuor inſtituit uocibus, ex Mixolydio tamen Doriũ inſtituens non abſq; licentia, ſicut poſtea Ioannes Mouton in Ionicum eundem mutauit: Reſponſoria, ut Ciues Apoſtolorum: &, Summæ Trinitati, Vtrunq; oppido eleganter hunc Modum referẽs. Quæ exempla, ubiq; obuia ſtudioſis, examinanda ueniunt. Nos Proſam illam omnium elegantiſſimam, & ab D. ERASMO Roterodamo præceptore noſtro mire olim probatam, in medium adducemus, Quæ eſt ad Apoſtolorum Senatum precatio, omni referta ornatu, omnibus decorata floribus. In qua primus quidem uerſus loco Proœmij eſt. Secundus uerſus petitionem breuiſſimam cõtinet, Tertius iuſtę petitioni rationem ſubijcit, Quartus Diui Petri Apoſtolorum principis Encomium, Quintus Pauli, Sextus ſeptimusq; Mathæi, Octauus ac nonus reliquorum Apoſtolorum nomenclaturam, Decimus congratulationem habet, Vltimus Concluſionem. Qua in re etiam atq; etiam cõſyderandum, quàm ſobrie exordium, quisquis hic fuerit author, ſumat à Diapente Rhetorica, de qua in Hyperiaſtio diximus, quàm aptos & minime fucatos titulos, nulla ſuperlatione, nulla quæſitos pictura ponat. Deinde petitio qualis eſt? ut diteſcant Eccleſiæ? minime, Sed ut earum uitam ac mores clarus ille Senatus moderetur. Petri autem ingenium, ut mitiſſimi Apoſtoli uno uerbo, Concedunt, expreſſit, & Antiochum ac Remum pro Antiochia ac Roma figurate quidem, ſed apte poſuit. Nec dignatus Romulum, ut fratricidam, nominare, Remum innocenter trucidatum poſuit. Diuum uero Paulum ut egregium pugilem deſignatis etiam uerbis pingit, inuaſiſti inquit, & non quam libet nationem, ſed Græciam. Tirannidem autem ἐπεξήγησιν eſt. Illud uero ingenij ſpecimen uide in Mathæi laudibus, ut Periphraſi immaculati agni, ut antitheto candidi uelleris ad horridos Aethiopas pie ludit, quam pulchre, & pluſquam ſuccincta enumeratione euitat tædium nimis longæ orationis futuræ, ſiquidem omnium Apoſtolorum præconia ſingulatim, referre uoluiſſet. Atqui id haud immerito quis ſtomachetur, quonam pacto acciderit, ut tot nunc ſeculis Mathiam omiſerint plærique codi-

ces,


ces, acephalo etiam uerſu facto, nec priore reſpondente, cum nihil facilius notatu eſſet. Et author ipſe uerſuum parilitate (ut ita loquar) cauiſſe uideri poteſt, ne corrumperetur. Eum igitur pro honore optimi Apoſtoli reſtituimus. Decimi item uerſus compendium conſyderatione dignum eſt. Cum enim orientem ac occidentem nominaſſet, ne Septentrionem ac Meridiem longiora uocabula ponere cogeretur. Imò inquit, teres mũdi circulus, quo uno uerbo plura complexus eſt, quàm illis duobus. Rurſus illud, Gaudet habere patres, de Romano more tractum eſt, quoties patribus plebes blandiri ſolebat. Expectat autem iudices, ex Matthæi capite 19. & Lucæ capite 22. Poſtremo concludit merito laudes illis & honorẽ deberi, ſed ut Sanctis. Nunc ipſam Proſam audiamus, nimis euagati, in re aliena, quanquã optarim, multa ad hunc modũ declarata, ſed ab eo qui doctius hæc oſtendere poſſet, merebatur certe Procerum Eccleſiæ maieſtas, & ingens hæc uigilia, qua Eccleſiam illuſtrare conati, tam elegantes nobis peperêre cantiones, Cum noſtra ætas nihil noui dignum auditu excogitet, uetera non modo non intelligat, ſed rideat etiam: Merebatur inquam conatus ille tam pius Ciceronẽ aliquem, qui pro dignitate ea & laudaret & narraret. Mihi ſanè labor ille grauis non eſſet, ſi tam poſſem, quam uellem. Habent illi haud dubie apud Seruatorem noſtrum ſuum præmium. Nos noſtræ ignauiæ & ingratitudinis meritas luemus pœnas ualde uereor.

Ad Diuorum Apoſtolorum Senatum oratio in Mixolydio Modo.







re. Quę p doctrinã tuã fideles ſũt ubiq;. Antioch9 & Rem9 cõcedũt tibi




Petre regni ſoliũ: Tyrãnidẽ tu Paule alexãdrinã inuaſiſti Grçciã: Æthi-



o pas horridos Matthçe agnelli uellere, Qui maculas ne ſci at a li-




quas ue ſti ſti candido: Thoma, Barpto lemæ e, Ioannes, Philippe,




Simon, Iaco bi q̃ pa ri les. Matthi a nouiſ ſime, Andre a, Thaddę-




e, De i bel la to res incly ti. En uos O ri ens, & Occidens, i-



mò te res mũdi cir cu lus ſe Pa tres habe re gaudet, & ex pectat iu-



di ces. Et ic circo mũdus omnis laudes uobis, & honorem, Sãctis



debitum ſupplex impẽdit.


De

De hypoionico Modo,

Caput XXVII.

ALter Septimæ ac ultimæ diapaſon Modus, eſt Hypoionicus ſiue Hypoiaſtius, Ionici Plagius, Communem enim diapente habent ut ſol, Sed diateſſaron ut fa, Ionicus ſuperne, hic inferne ad diapente adnectit. Mediatur arithmeticôs in c paruo, ac cum principe ſuo eadem claue cantus finit, quanquam id uel in octaua, ne ſcalam græcã una exeat chorda, uel in F magno cum fa in b claue, ut nunc mos eſt cũ in Ionico, tum in hoc eius Plagio. Hic apud ueteres Eccleſiaſticos præter Reſpõſoria in matutinis & ueſperis, in raro fuit uſu, niſi quatenus ex Hypolydio Hypoionicum fecêre, commutatione mi in fa, in b claue, de qua in Lydio Hypolydioq; abũde dictum eſt. Hic uulgo Sextus dicitur, ex G in g. aut ex C in c. ſiquidem fa eſt in b claui, ab annis quingentis plus minus recipi ceptus, ut cum in alijs multis, tum in cãtibus de corpore CHRISTI patet. Multum Gratiæ habet in Orthrijs & amatorijs, lingua potiſsimũ Celtica, qua Heluetij utuntur, nec minus Germanica tranſrhenana. Tubarũ ſonitus hodie inter huius Modi limites conſtat, integra omnibus chordis diapente, ſed diateſſaron extremis potiſſimum. Certe ætas noſtra, non minus hoc Modo quam Ionico ad omneis leuitates utitur. Threnos item ad hunc Modum inſtitutos elegantiſſime decantant. Sed eius, cum ſit nimis notus, unum hoc ſit ex Luca cap. 14. Exemplum ſimplex.

Hypoionici Modi exemplum.




De Modorum connexione ac per Diapẽte communione,

Caput XXVIII.

IAm hoc duodecim fuſorum penſum, tanto labore hactenus tractatũ, ac uelut ab inferis erutum planè abſoluiſſe, fidemq; promiſſionis factæ abunde præſtitiſſe uideri poteram optime Lector, ſed iuuat in operoſa hac commentatione, ut clarior res ſub lucem ueniat, antequam extremum Colophonem imponamus, Coronidem ſiue auctarium quoddam addere de Modorum inuicem connexione, rem ſcitu dignam, & relatu nõ iniucundam, certe utilem & fructuoſam in primis, ni improbe mea fallar opinione. Eam quidem libro priore capite 14. attigimus, ſed leui, ut dici ſolet, brachio. Ideoq; hoc loco altius nobis repetenda uenit. Vtigitur ex ſeptẽ illis diapaſon ſpeciebus harmonicôs arithmeticôſq; diuiſis duodecim emerſêre Modi, quos huc uſq; recenſuimus, ita ex ijſdem ſeptem ſpeciebus ſex binorum Modorum connexiones oriuntur, diapente communes habentes, ſed diateſſaron differentes, ſeptem etiam futuræ, ſi ſecunda diapaſon ſpecies commode harmonicôs, aut ſexta arithmeticôs diuidi potuiſſent. Apparet autem hoc in negotio ingens naturæ miraculum, quod bini Modi, poſitu ac diapaſon ſpecie diuerſi, unius tamen popeſint corporis. Quippe diapente eadem eſt, diateſſaron poſitu dũntaxat non natura alia, atq; inde porrò nata eſt principum Modorum ac Plagiorum appellatio. Omnes autem principes à Plagijs in quarta cõſiſtunt diapaſon ſpecie, duabus interiectis. Ita Hypodorius, cum de prima ſit ſpecie, Dorius de quarta eſt. Hypophrygius autem, cum de ſecunda ſit ſpecie, Phrygius de quinta eſt. Rurſus cum Hypolydius de tertia, Lydius de Sexta. Deniq; Hypomixolydius cum de quarta ſit, Mixolydius de ſeptima erit. Atqui dicet aliquis, ſecundum hanc deſcriptionem, cum Hypoæolius ſit de quinta, Hypoionicus de ſeptima, oportebit eorum principes, Aeolium quidem de octaua, Ionicum uero de decima, quę nullæ ſunt, diapaſon ſpeciebus eſſe. Sed ad remouendam hanc dubitationem, notandum eſt eandem eſſe primam & octauam ſpeciem, authore Ptolemæo, quippe qui eum modum Hypermixolydium nominarit, quem à Meſe ad Neten Hyperbolæon conſtituit, eundem quidem natura cum Hypodorio ſiue Aeolio. Eandem igitur & ſecundam cum nona exiſtimare oportebit, & tertiam cum decima, ſiquidem octauas repetere licet. In ter-

tia ergo,

tia ergo, ubi Ionicus conſiſtit, perinde eſt atq; dicas in decima. Conſtat igitur ſingulos Plagios à principibus diſtare diateſſaron cõſonantia. In reiectis duobus, Hyperæolio ac Hyperphrygio, ſiue inuerſis Hypophrygio & Lydio, idem aio. Eſt enim Lydius Sexta ſpecies, nona uero, quæ reſpondet ſecundæ, Hypophrygius, quam nonam cum ſexta connecti intelligimus, Vt Principis locum obtineat. Nona, hoc eſt, Hyperæolius ſiue inuerſus Hypophrygius, Plagius uero ſexta ſpecies, hoc eſt, Hyperphrygius ſiue Lydius inuerſus. At hæc communio longe differens eſt ab aliis modis. Semidiapẽte enim communem habent in medio pro diapente, pro diateſſarõ uero Tritonum. Cum autem Tritonus commate uincat ſemidiapente, maior erit, quæ à marginibus ponitur ſuperne atq; inferne conſonantia, quàm ea in qua communicant, quãquam neutra uera eſt conſonantia. Ideoq; ut ſimplices hi Modi propter ineptam mediationem à nobis reiecti ſunt, ita et hæc commixtio. Enormitas ea accidit, quod huius cõmixtionis termini ſuperant reliquorum Modorum connexiones Apotome. In aliis enim Modis ad communem diapente, & ſuperne, & inferne, adnectitur diateſſaron, ſiue, quod idem eſt, ad diapaſon additur diateſſaron. Hic uero ad diapaſon Lydij quę eſt ab F ad f, additur Tritonus pro diateſſaron, nempe ab f acuto ad mi quod eſt in gemino bb. Hoc quoq; conſyderatione dignum, primam diapente re la, quatuor modis eſſe communem, Aeolio, Hypoæolio, Dorio, Hypodorio. Secundã uero mi mi duobus dúntaxat, Phrygio ac Hypophrygio. Tertiam fa fa rurſus duobus Lydio ac Hypolydio. At quartam, ut ſol, itidem quatuor, ut primam, Ionico, Hypoionico, Mixolydio ac Hypomixolydio, de qua re nonnihil attigimus capite ſeptimo. Annexiones autem diateſſaron nõ eſſe ad eũ modum uariatas, ſed tres eius ſpecies quaternũm eſſe Modorũ. Et primam quidem re ſol his quatuor communem, Dorio, Hypodorio, Mixolydio, ac Hypomixolydio. Secundam autem ſpeciem mi la his quatuor, Aeolio, Hypoæolio, Phrygio, ac Hypophrygio. Tertiã deniq; ut fa hiſce, Lydio, Hypolydio, Ionico ac Hypoionico. Sed duodecim Modorũ ſex connexiones, & duorũ reiectorũ unà, hocce pateſcunt typo.




De prima connexione quæ ex prima eſt diapaſon ſpecie ac quarta, Cap. XXIX.


PRima diapaſon ſpecies ex Proslambanomene ad Meſen, hoc eſt, ex A magno ad a paruum cõnectitur cum quarta diapaſon ſpecie, quæ eſt ex Lichano hypaton ad Paraneten diezeugmenõ, hoc eſt, ex D magno ad d paruum, communi diapẽte re la ex Lichano hypaton in Meſen, hoc eſt, ex D magno in a paruum. Inferne autem ex A in D, annexa diateſſaron reſol, quæ Hypodorij eſt, & ſuperne ex a in d eadẽ, quæ Dorij eſt. Quæ connexio oppidò elegans eſt, ſed quæ indigeat uoce eximia & bonis lateribus, nec ſola hæc, uerum aliæ quoq; connexiones. Ideoq; non temere ubiq; ponendæ, ſed cum lætitia aut gaudium expoſcit. Huius autem primæ cum alia ſint multa exempla, unum hoc de Sancta IESV Chriſti, Seruatoris noſtri reſurrectione, quod impenſe placuit nobis, poſuimus, de quo priore quoq; libro mentionem fecimus, ad quem nunc Lectorem remittimus. Quippe res nullam prorſus habet difficultatem. Quiſquis enim ſimplicium Modorum naturam intelligit, non poteſt in his cõnexionibus ullo pacto hæſitare. Breuitatis igitur noſtræ facile ueniam, ut ſpero, apud optimos quoſq; Lectores obtinebimus, dum præceptioni ſuum adeſſe uiderint exemplum, & breue, et dilucidum. Nunc Proſam ipſam audiamus.

Dorij


Dorij Hypodorijq; connexorum exemplum.



VI ctimæ pa ſchali laudes immolãt Chriſtia ni. Agnꝰ redemit




oues, CHRISTꝰ ĩnocens patri re con ci li a uit pec ca to res. Mors et ui




ta du el lo conflixê re mirando, Dux uitę mortuus regnat uiuus.




Dic nobis Ma ri a quid ui di ſti in uia? Sepulchrũ CHRISTI uiuẽtis,




& glo ri am ui di reſurgentis, An ge li cos teſteis, ſu da rium, &




ueſtes, Surrexit Chriſtꝰ ſpes mea, præ cedet ſu os in Gal li lę a.



Credendũ eſt magis ſo li Ma ri æ ue ra ci, quã Iudæ o rum turbæ



fal la ci. Scimꝰ Chriſtũ ſurrexiſ ſe ex mortu is ue re, Tu CHRISTE no




ſtri Rex miſerere.

De


De ſecunda connexione, quę eſt ex ſecunda diapaſon ſpecie ac quinta, Cap. XXX.

SEcunda diapaſon ſpecies ex Hypate Hypatõ ad parameſen, hoc eſt, ex B graui ad mi in b acuto, connectitur cum quinta diapaſon ſpecie, quæ eſt ex Hypate meſon in Neten diezeugmenon, hoc eſt, ex E magno ad e paruum, communi diapente mi mi, ex Hypate meſon in Parameſen, hoc eſt, ex E magno in mi quod eſt in b claue. Inferne autẽ ex B in E annexa diateſſaron mi la, quæ Hypophrygĩ eſt, & ſuperne ex b in e, eadem, quæ Phrygĩ eſt. Hoc tamen in hac connexione anxie obſeruatum uidemus, ut raro infra C faut deſcendatur in mi quod eſt in B magno, imò quoties hoc contingit, additur tonus, ita ut ad A magnum deueniatur. Rari deſcenſus cauſam puto ſecundæ deductionis principium, quę deſcendẽdo à Meſe in C fa ut finiẽt, ubi aſcendendo inceperant. Semitonium igitur inferne à Diateſſaron tollitur, quod in uulgatis celticæ linguæ cantibus ſuperne additur. Limites igitur huius connexionis frequentiſſimi ſunt e paruum & C faut, qui & ſolius Phrygĩ eſſe poterant, Cuius intercapedinis multa ſunt exempla & paſſim obuia. At eius deſcenſus qui in A reuſq; rara ſunt exempla. Ponemus tamen tam monſtroſæ expatiationis unum exemplum, quod quidem non tam probo, quam miror, quid uenerit in mẽtem ei qui talem cantum ordiri uoluerit, in quo neumata ludunt per diapaſon ſaltus. Eſt autem huiuſmodi ex Canticis Solomonis capite 6. deprompta, quam olim Rotuilæ in Hercynia Sylua iuuenis deſcripſeram, & in Sleſia, nobili Germaniæ regione, antea uideram.

Phrygĩj hypophrygĩjq; connexorum exemplum.




& de-




& de co ra, ſicut Hieruſa lem. Terribilis ut




caſtrorum aci es ordinata, A uerte ocu-




los tuos à me. Quia ipſi me




a uo la re fe ce rũt. Ca pil li tui ſicut



greges caprarum, quę deſcende runt de Ga la ath. Den-




Dentes tui ſicut greges ouiũ quę a ſcen de runt de la-



uacro, o mnes gemellis fœtibus, & ſte-


rilis




De Tertia connexione quæ eſt ex tertia diapaſon ſpecie ac ſexta, Cap. XXXI.

TErtia Diapaſon ſpecies ex Parhypate hypaton ad Triten diezeugmenon, hoc eſt, ex C magno ad c paruum, cõnectitur cum ſexta diapaſon ſpecie, quæ eſt ex Parhypate meſon ad Triten hyperbolæon, hoc eſt, ex F magno in f paruum, cõmuni diapente fa fa ex Parhypate meſon, ad Triten diezeugmenon, hoc eſt, ex F magno ad c paruum: Ita ut mi ſit in b claue. Inferne autem ex C in F annexa diateſſaron ut fa, quæ Hypolydij eſt, ſuperne uero ex c in f, eadem, quæ Lydij eſt. Hæc connexio apud ueteres in magno fuit uſu, præcipue uero in Gradualibus, in quibus prior uerſus ferè eſt Hypolydij, alter Lydij. Atqui quod in ſimplicibus antea conqueſti ſumus, non minus hoc in loco de commixtionibus conqueri poſſumus, nempe prope omneis horum Modorum cantus eſſe corruptos, & in Ionicos mutatos, quęrẽte leuitate noſtra molliciem. Eius tamen commixtionis adhuc integræ in pleriſq; codicibus hoc ſit exemplum, è Pſalmo 44. depromptum.

Lydij Hypolydijq; connexorum exemplum.






QVartam hic à fine notulam in b clauem tortam ferè inuenias, ut in Ionicum cantio delabatur, Idem in quarta notula ante uerſum. Sed id licentia factum eſt, ut in alijs omnibus horum Modorum cantibus, quod nimium ſæpe conqueſti ſumus. Sed neque hoc ſilentio tranſeundum, quod ad horum Modorum commixtionem conflata eſt, quæ in paſsionem Domini canitur Harmonia, ubi communem duobus Modis diapente obtinuit Euangeliſtes, tanquam narrationi aptam, Hypolydij autem diateſſaron CHRISTO dederunt, Lydij Iudæis, ac alijs à CHRISTO loquentibus. Id ſuperiore quoque uolumine admonuimus. Hic


commiſſuras duarum diateſſaron cum diapente proſequamur. Ego ſanè eam harmoniam primum ſimplicem, ac, ut alia primitiuæ Eccleſiæ, ſine fucis ac lenociniis compoſitam fuiſſe puto. Cuius rei argumentum eſſe poteſt, quod ipſa Narratio magna ex parte in Lydio manſit, & dúntaxat commiſſurarum altera, quæ ad inferiorem eſt diateſſaron, in Ionicum declinauit... Commiſſuras uoco, noua quidem uoce, ſed neceſſitate expreſſa, quoties ex diapente narratio tendit in diateſſaron alteram, ſiue ſuperiorem, quam habent Iudæi, & alij à Chriſto loquẽtes, ſiue inferiorem quam ipſe CHRISTVS obtinet. In Ionicum autem ideo, ut puto, altera commiſſurarum declinauit, ut attentiorem auditorem faceret ad CHRISTI uerba commiſerationemq; moueret. Quod quàm probem, uix equidem dixerim, ſimplicitate priſca ſemper magis arridente. Quanquam fieri poteſt, ut hæc ſit uera, & germana inſtitutio. Nec enim una alteráue nota totũ immutare poteſt Modum. Quod ſi in Dorio ac Hypomixolydio Synẽmeni extraordinariam aliquam admittimus uocem, ut ſuperius etiam exemplis proditis oſtendimus, conuenit hercules & hic ad unam alterámue conniuere notulam. Cæterum nec in ſuperiore diateſſaron pariter ab omnibus aſcenditur, nec in inferiore æque deſcenditur: Sed neque narrationis commata atque Periodi ab omnibus eodem pacto accinuntur. Quæ omnia latius proſequi, cum non uideam quid utilitatis Lectori adferre queat, aliquot dúntaxat formulas proponemus ex Diui Ioannis Euangelio, ex quibus & narrationis, & diateſſaron utriuſque ambitus pateſcet. Reliquum eius harmoniæ, Eccleſiarum conſuetudine, & Modi natura, à mediocri ingenio facile percipientur.

Narratio paſsionis dominicæ in diapente Lydij Hypolydiq;.




Atq;

ATque hæc quidem ſimplex ac primum inuenta eſſe uidetur pronuntiatio, ſed noſtra ætas longe aliter uariat in his atq; alijs ſequentibus periodis, Sit autem eorundem uerborum hoc uariationis exemplum.




SEd ut in narratione uariatio accidit, ita in ima diateſſarõ quam CHRISTO dederunt, quod in una ſententia, aut, ut uocant, clauſula oſtendere placuit. Nam eam trifariam diuerſis in locis cantari audiuimus. Harum prima, quod alteri diateſſaron in diapaſon interuallo reſpondet, mihi maxime probatur, quanquam ſecunda euicit publica conſuetudine, unius toni detractione de diateſſaron, cui non admodum reclamo. alioqui in interrogationibus, ut prior, tono deſcendit, ut patet in, Quid me cædis? Tertia uero, ut ingenue fatear mihi diſplicet, Et incompoſita uidetur. Sed ſequatur Lector quod uolet, per nos licebit, neq; enim dubito multas præterea eſſe uariationes, at ego de Modo diſputo, quem hæ nõ multum impediunt.

Inferioris diateſſarõ exemplum.



SVperioris item diateſſaron, quæ Lydij eſt, tres ſunt formulæ, de quibus Idem eſt iudicium noſtrum, quod de tribus iam dictis formulis, Quæ breuiter ita habent.

Superioris diateſſaron exemplum.



Aue Rex Iudæ orum. Aue Rex Iudæ orum. Aue Rex Iudæ orum.

HÆc cum ita habeant, ſciendum, non eodem modo narrationis finē iungi duabus iam dictis diateſſaron, Sed ſuperiori per diapente Lydij Hypolydijq;. Inferiori uero per diapēte Ionici Hypoionicique, adiecto ſuperne tono, ut hæc ſubiecta indicat deſcriptio.

Narrationis commiſſura ad ſuperiorem diateſſaron.




Reſpōdit Pilatus. Reſponderūt e i.

Eiusdem cōmiſſura ad inferiorem in Ionicū delapſa Modū.



Reſpōdit IESVS.


IN longioribus autem CHRISTI uerbis, quæ interrogationem in fine non habent, commiſſura fit ad narrationem, oppido multum habēs gratiæ, ad hunc modum.




Nūc aūt regnū meū nō eſt hinc. Omnis q eſt ex ueritate, audit uocē meā.

ATubi pauciſſima ſunt CHRISTI uerba, non deſcenditur infra diateſſaron, ſed in diapente narrationis manent, ut in hoc exemplo.

Eſt autem ammiratione dignum, ut diateſſaron ipſæ in octauis laudant, aliquādo propémodum paribus notulis, Cuius rei fragmenta dúntaxat proponemus.



Ego ſum.
Tu dicis.
Non




Qui uolet plurimas huius cantus formas ordine concipere, Incipiat ab his uerbis: Introiuit ergo iterum in Prętorium Pilatus, uſq; ad periodum, Omnis q̃ eſt ex ueritate, audit uocem meam, Nobis ad alia properãdum.

De quarta cõnexione, quę eſt ex quarta diapaſon ſpecie ac ſeptima, Cap. XXXII.

QVarta Diapaſon ſpecies ex lichano hypaton ad paranetẽ diezeugmenon, hoc eſt, ex D magno ad d paruum connectitur, cum ſeptima diapaſon ſpecie, quæ eſt ex lichano meſon ad paraneten hyperbolæon, hoc eſt, ex G magno ad g paruum, communi diapente Vt ſol, ex lichano meſon ad paraneten diezeugmenon, hoc eſt, ex G magno ad d paruum. Inferne aũt ex D in G annexa diateſſarõ Re ſol, quæ Hyperiaſtij eſt, ſuperne uero ex d in g eadem, quæ Mixolydij eſt. Hæc cõnexio iucundiſſima eſt, ſiquidem bene inſtituatur ad Modi naturam. At ut ipſi Modi iam ab aliquot ſæculis à nemine feliciter tentati, ita connexio ipſa rarior eſt. Eius unicum ponemus exemplum, Proſam illam de Sacro ſancta TRINITATE compoſitam, quam Henricus Iſaac, paulo ante ætatem noſtram Symphonetes argutiſſimus, aliquot uocibus oppidò elegan ter inſtituit. Meminit eius uiri Angelus Politianus alicubi, ſed corrupto nomine. Arrighum enim inepte uocat pro Hẽrico. In proſa illa, quod ad Harmoniã attinet, hoc ſingulare eſt artificium, quod narratio (ſiue præfationem nominare oporteat) maxima ex parte duobus Modis communem ſeruat diapente. ſeptimo demum uerſu prorſus in diateſſaron Hypo mixolydij deſcendit. Nihil autem feſtiuius, nihil quod animum magis inflammet, atq; eſt exhortatio illa uerſibus undecimo duodecimoq;, quæ in

Mixolydij faſtigium tam animoſe inſurgit. Illud autem Dij boni quàm iucundũ, quàm ſuaue, quã dulciter aureis deliniens, ubi TRINITATEM adorandam inuocat, quam eleganter in Synemmenon deflexit Tetrachordum, quod quidem poſtea ad finem uſq; obſeruat, clauditq; cantum in horum quidem Modorum claue finali, ſed in diapente Dorij, id quod eã rationen nihil impedit. De uerborum contextu nihil dicam, Theologorũ enim hoc eſt negociũ. Id miror, quo pacto acciderit, ut quartus uerſus nullum habeat reſpondentem uerſum (nam de primo ac ultimo nihil mirum, conſuetudine enim aliarum etiam proſarum hoc admittitur) Quidam ſuſpicantur, quintum aliquem, qui quarto reſponderet ſub, latum, ut in Clare Sanctorum, illud, Matthia nouiſſime. Quidam putant hunc quartum uerſum abs quopiam alio, nõ ab ipſo authore, ex Athanaſij ſymbolo adiectum, uelut anthypophoriolam. Sunt qui exiſtiment in eo uerſu formulas eſſe colludentes, ut illam. Non tres tamen Dij ſunt, illi. Deus uerus unus eſt. Item illam. Sic pater Dominus, Filius, ad illam, Spiritus quoq; Sãctus. Ego niſi tam pertinaciter in omnibus codicibus eũ uerſum pernotatum inueniſſem, planè amouiſſem, ut adiecticium, atq; ὀυγνήσιον. Sed qualis qualis eſt, nunc ipſam adducamus in medium proſam.


Mixolydij Hypomixolydijq; connexorum exemplum.




Sic




Sic Pater Dominus, Filius, Spiritus quoq; Sãcꝰ. Proprietas in ꝑſonis,




Vnitas eſt & in eſſenti a. Maieſtas par & poteſtas, decꝰ, honor æq̃ꝑ o-



mnia. Sydera, maria, cõtinẽs, arua ſimul, et uniuerſa cõdita. Quẽ tremũt



impia Tartara, colit q̃q; quẽ et abyſſꝰ infima. Nũc omnis uox atq; lĩgua



fateaẽ hũc laude debita. Quẽ laudãt Sol atq; luna, dignitas adorat ange-



li ca. Et nos uoce prẽcelſa nũc oẽs modu le mus or ga ni ca cãtica dulci




melodia. Eia & eia nũc ſimul iubilemꝰ altithrono Dño laudes ĩ excelſis.



O a doranda tri ni tas. O Ve ne ran da V ni tas.



Per te ſumꝰ cre a ti uera æternitas, Per te ſumus redẽpti ſũma tu charitas,



Populũ cũctũ tu ꝓtege, ſalua, libera, e ripe, & emunda. Te adoramꝰ o-




mnipotẽs, tibi canimꝰ, tibi laus et gloria, Per infinita ſecula ſeculorum.

De quinta connexione, quæ eſt ex quinta diapaſon ſpecie & octaua, Cap. XXXIII.

QVinta diapaſon ſpecies ex hypate meſon ad neten diezeugmenõ, hoc eſt, ex E magno ad e paruum connectitur cum octaua diapaſon ſpecie, quę eſt ex Meſe ad neten hyperbolæon, hoc eſt, ex a paruo in Aa geminatum, communi diapente ex Meſe ad neten diezeugmenon, hoc eſt, ex aparuo ad e paruum. Inferne autem ex a paruo in E magnum annexa diateſſaron mi la, quæ Hypoæolij eſt, ſuperne uero ex e in Aa eadem, quæ Aeolij eſt. Diximus autem initio huius commentationis de Modorum commixtione, omneis Principes à Plagijs in quinta conſiſtere diapaſon ſpecie, duabus interiectis. Deinde nihil referre ſi nominabimus pro prima diapaſon ſpecie, Octauã, pro Secunda, Nonã, Deniq; pro tertia Decimam, ſiquidem octauas repetere licet exemplo Ptolemęi, quod ideo rurſus admonẽdũ duximus, ne quis, contra atq; libro priore docuimus, plureis quàm ſeptem diapaſon ſpecies eſſe credat. Ad inferiorem autem Scalæ partem id oſtẽdere nolebamus, quod hæc connexio eam excedeeet. Verum enimuero ut ipſi Modi Aeolius Hypoæoliuſq;, uulgo crediti ſunt Dorius Hypodoriuſq;, ita ipſorum commixtio credita eſt Dorij Hypodorijq;, propterea quod la mi diateſſaron à ſol re non diſtinxerunt, Vt ſupra de Aeolio Hypoæolioq; queſti ſumus. In utriſq; igitur error ita inualuit ut Modos ipſos prorſus obliteraverit, Nec quiſq; fuerit multis iam ſeculis, de muſicis etiam ex profeſſo ſcribens, qui de eis quicquam certi adducere potuerit, quidam etiam, quorum nomina lubens prętereo, ne nominare quidem. Nunc huius cõmixtionis exempla ponamus, ac primum Canticum illud ſolenne de noſtra Domina, diua Virgine MARIA. quod multi ſymphonetæ (inter quos Antonius Brumel in extrema iam ſenecta, & Iodocus Pratenſis, quem Iuſquinum uulgo uocãt) noſtra demũ ætate oppido eleganter, nec ſine quadã æmulatione, quatuor uocibus inſtituerunt, quanquam illi Modorum expatiationem temperarunt, aſcenſus ipſos ac deſcenſus non tenori tantum, ſed alternis alijs concedentes uocibus. Idq; iudicio factum uidetur. Etiamſi ea Iodocus in plęriſq; cantibus leuiter curaſſe uidetur, ut in Et in terra, eiuſdẽ de noſtra Domina Miſſæ uidere licet, quem cantũ ſequente libro referemus. In hac uero cantione primum κύριε, (nam ita cogimur nunc loqui) diapente habet duobus communem Modis, cum conſueto inferne tono, Secundum autem in dia-

in diateſſaron Hypoæoliȷ̄ modeſte delabitur. Χριστὲ uero uno ſemitonio diapente ſuperat ſuaui admodum aſcenſu, ut oſtendat la mi diateſſaron huic congruere modo, non ſol re. At ſecundum Χριστὲ in diapente manet, ut primum Κύριε. Vltimum autem Κύριε, in Aeoliȷ̄ diateſſaron ſplendide aſſurgit, rediens in diapente tandem, ad finalem clauem.

Aeoliȷ̄ hypoæoliȷq; connexorum exemplum.




EIuſdem rationis eſt Reſponſorium Te Sāctum Dominum, de Diuo Michaele archangelo, quāquam unum dúntaxat habet in Hypoeoliȷ̄ diateſſaron deſcenſum. Quod autem hi cantus Doriȷ̄ Hypodoriȷ̄q; uiſi fuerint, in cauſa fuit, cum Tetrachordon Synemmenon, tum communio horum Modorum cum illis, de qua in ſuperioribus abunde dictū eſt. Reſponſorium ipſum iccirco appoſuimus, quod eius uerſus uidetur formula in alijs huius Modi reſponſorijs. Patet idem in reſponſorijs Iſti ſunt ſancti, &, Sint lumbi ueſtri præcincti. Item Quæ eſt iſta, quod in diocæſi Conſtantienſi frequens canitur. Sed in formula Hypophrygij, ad quam ab Henrico Iſaac quatuor uocibus conflatum memini me uidere, ſi nomē non mentiatur authorem. Sed nimis uetus eſt hæc querela, iam ipſum audiamus Reſponſorium.

Eorūdem

Dodecachordi


Eorundem connexorum aliud exemplum.




HOs cantus in a, quæ litera Aeolij Hypoæolijq; Modorũ eſt propria, & initio & fine conſtituimus, ita ut nihil cum tetrachordo ſynemme non negocij habeant. Quod ſi quis nolet omnino in D fines eorum habere, quod uulgo nunc receptum eſt, pro c claue ſignata, ponat F & fa in b claue, quod nos fecimus in Euangelio Diui Matthæi, cum de Aeolio ſuperius diſſereremus. Nunc uero licentioſam horum Modorum expatiationem unico exemplo declarabimus. Eſt in Eremo Heluetiorum, ut uocat Ptolemæus, ſiue in capite Hercyniæ ſyluæ, ut Cæſar deſcribit, XII millibus, plus minus, paſſuum à Danubij fontibus, magis tamen ad ſeptentrionem, oppidum Rotuila, in quo aliquot iam ætatibus, propter ciuium omni tempore egregiam uirtutem, quam rebus aſperis ſæpe oſtenderunt, ac inſignem Rempub. multis eximijs rebus geſtis celebrem, Imperatores Germano-

Germanorum iudicium habent uelut Areopagitarum graue et ſeuerum. Ex eo oppido mihi præceptor fuit Michael Rubellus, uir perpetua memoria digniſſimus. Is nos bonas literas, & Muſices elementa bona fide, primum Bernæ in Heluetijs ante annos iam Triginta, deinde in ſua item patria docuit. Cum uero ſub eo adoleſcens militarem, incidit mihi lis cum cantore quodam de Antiphonis quæ ſubiungemus, de quibus ille, quod ea ſuis ſedibus mota, ac in medio etiam male tranſpoſita, ita ut à nemine cantari poſſent, perperam iudicaret, à nobis reprehenſus, cum argumenta refellere nequiret, indignum ratus adoleſcenti cedere, nos cum ſodalitio irriſit, quæ res ut erat per quoſdam præceptori noſtro indicata, haud paſſus ille eſt nos diutius ab æmulis irrideri. Denique ſecundum nos litem dijudicauit, effecitq; ut ea cantio ad noſtram emendationem poſtea & à Choro & Schola Rotuilana frequens decantaretur. In qua horum Modorū connexioni Semiditonus ſuperne adiectus eſt ut Dorio ac Aeolio adijci ſolet. Inferne autem Tonus, quod in Hypoæolio fieri ſupra docuimus. Ea ita habet.

Eorundem licentius exemplum.





Hæc ex Canticorum capite 2. Expatiatio eſt ex D magno ad cc gemi natum, uno deficiens tono à diſdiapaſon, qua licentia hercules ego non uterer, ſed nunc ſatis de hac connexione.


De ſexta connexione, quę eſt ex Sexta diapaſon ſpecie & Nona, Cap. XXXIIII.

SExta Diapaſon Species ex parhypate meſon ad tritẽ hyp̃bolę̃, hoc eſt, ex F magno ad f paruũ, cõnectit cũ nona diapaſon ſpecie, quę eſt ex Parameſe, hoc eſt, ex mi in b claue ad mi, q̃d eſt in eius octaua, nẽpe in Bb claue, communi ſemidiapente ex parameſe, hoc eſt, ex mi in b claui ad triten hyperbolæon. Inferne autem adiecto Tritono ex F magno

gno ad mi in b claue, qui eſt Hyperphrygij, hoc eſt, poſterioris reiecti, de quo cap. 25. Superne uero ex f paruo ad mi in Bb claue eodē Tritono, qui Hyperæolij, hoc eſt, prioris eſt reiecti, de quo capite dxcimo octauo. Hęc connexio nihilo plus ualet atque ſimplicium eius Modorum conſtitutio, quam, ut illos, inutilem atq; ineptam exiſtimamus, Niſi quis ita in hac intercapedine aliorum Modorum phraſin torqueat, ut huius ne ueſtigium quidem appareat, ſed id affectatum eſt, non naturale. Cæterum multa de hac capite uiceſimo octauo diximus, atq; inter cætera, ut hæc connexio reliquos ſuperet Apotome, Quippe cum horum communio ſemidiapente ſit, una dúntaxat apotome deficit ab aliorum communione quæ eſt diapente, At latera ipſa ſingulis apotomis aliarum connexionum latera ſuperant, uidelicet quæ pro diateſſaron tritonos habent. Ergo hæc connexio una apotome uincit reliquas omneis. Sed huius nunc nudū hoc ſit exemplum. In quo tamen Tritonum uno ſaltu, Quod diatonicum genus hūc abhorret, nuſquam poſuimus, quemadmodum nec in ſuperioribus exemplis, Ad Semidiapente autem ut phraſis aliqua eſſet, nonnunquam tonū adpoſuimus inferne. Reliqua ex ipſo exemplo, quod non tam imitationis quàm oſtenſionis gratia poſuimus, pateſcunt.


Hyperæolij ac Hyperphrygij, Modorum Reiectorum, connexorum Exemplum

fictum.



De Septima connexione quę eſt exſeptima diapaſon Specie & decima, Cap. XXXV.


SEptima diapaſon ſpecies, ex Lichano meſon in paraneten hyperbolæon, hoc eſt, ex G magno in g paruum connectitur cum decima diapaſon ſpecie, quæ eſt ex trite diezeugmenon, hoc eſt, ex c paruo ad C geminatum, Communi diapente ex trite diezeugmenon in paraneten hyperbolæon, hoc eſt, ex c paruo ad g paruum, Inferne autem ex G magno ad c paruum annexa diateſſaron, ut fa, quæ Hypoionici eſt, ſuper ne uero ex g in C eadem, quæ Iaſtij ſiue Ionici eſt. Horum Modorum cantus ſiue ſimplicium ſiue connexorum, raro ſuis locis reperias, cũ omne c ſit eorum locus, At hi nunc in F magno, non abſque fa in b claue omnes locantur. Quod priore libro Antiphonis Alma redemptoris mater, oſtendimus. Hic nulla eſt difficultas, Nam duo hi modi adeo hodie in uſu ſunt frequenti, ut de eis plura dicere, neque uelimus, neque debeamus, In prioribus enim omnia attigimus. Exempli, quod ſubnectemus, authorem, Hermannum Contractum ferunt, Comitem à Veringen, Qui fuit monachus Cœnobij S. Galli in Heluetijs, q̃d plurimis Eximijs uiris multis nunc ſeculis claruit, Hunc addunt in diuinis literis eruditiſſimum fuiſſe, nec minus in profanis diſciplinis, ut in mathematicis, Oratorijs, & Poëticis, Linguarum deniq; peritiſſimum, Et de Muſica ac Monochordo quædam non indigna lectu ſcripſiſſe, Nos nihil eius ſcriptorum uidimus, præter Chronicorum ſupplemẽtum, ex quibus conſtat uixiſſe eum annos ante quingentos, Nempe poſt Milleſimum à CHRISTI natali annum. Admonuit nos eius rei Nobiliſſimæ proſapiæ Inclytus ille uir D. Io. Vuernherus à Rhiſchach, qui eò tempore, quo hæc ſcripſimus, Teutonici ordinis Principis locum in Alſchuſen, ubi Comes ille ſepultus eſt, tenebat. Et ipſe Vuernherus magni iudicij homo, de honeſtis ſtudijs, de diſciplinę profeſſoribus, de ipſa deniq; Chriſti philoſophia ita meritus, ut ueræ nobilitatis, quæ à Virtute pendet, locum, etiam in altero mundo, adiutore Chriſto, indubitato expectare debeat. Sed ad rem. Certe hæc harmonia, cuiuſcunq; ſit, eiuſmodi eſt, ut nihil lepidius fingi, nihil ſuauius dulciúſue excogitari potuerit. Verba ſunt apta, ac è ſacris deprompta literis, quæ in Celticam linguam, qua multum pollebat, Sebaſtianus BRANT, noſtra ætate eximius uir, & Cæſari Maxęmiliano à conſilijs, elegantiſſime uertit, ſeruato etiam cum accentibus ſyllabarum numero.




briel. Tu agnũ,regem,terræ domi natorẽ mo a bitici de Petra deſer=




ti ad mõtem fili æ Si on traduxiſti. Tuq̃ furentẽ Le ui athan ſer=




pẽtem,tortuoſúmq̃,& uectẽ collidens dãnoſo crimine mũdũ exemi=




ſti. Hinc gẽtium nos reli q̃æ,tuæ ſub cultu memoriæ,mirum in modũ



quem es enixa ꝓpi ti a ti onis agnũ,regnãtem cœlo æternaliter deuoca=




mus ad aram mactandã myſte ri a li ter. Hĩc mãna uerum Iſrahe li tis,




ueris ueri Abrahæ fi lĩjs,admirãtibꝰ q̃ndã Moy ſi quẽ Typꝰ figurabat



iã nũc abducto uelo daꝝ ꝑſpici. Ora uirgo nos illo panec̃li dignos effici.



Fac fõtẽ dulcẽ,quẽ in deſerto petra p̃mõſtrauit deguſtare cũ ſyncæra




fide,renéſque cõſtringi lotos in mari,anguẽ ẽneũ in cruce ſpeculari.


Fac

Ionici Hypoioniciq; connexo rum Exemplum, Proſa


de diua Virgine elegantiſſima.




Aue præclara maris ſtel la, in lucem gentium Ma ri a di-




uinitus or ta. Euge Dei por ta, quę nõ aperta, ueritatis lumẽ i-




pſum ſolem iu ſti ci æ, indutũ carne, ducis in orbem. Virgo decus mũ-




di, Regina cœli, prȩelecta ut Sol, pulchra, lunaris ut fulgur, agnoſce o-




mneis te diligentes. Te plenã fide uirgã almæ ſtirpis Ieſſæ, naſciturã pri-



ores deſy dera uerunt Patres & prophetæ. Te lignũ ui tę, Sãcto rorã-



te pneumate, pa ri turam, di ui ni floris amigdalum ſignauit Ga-




Quod Modi diapaſon media tione, quæ fit per diapente ac diateſſaron conſonantias, potiſſimum noſcantur, Cap. XXXVI.

ATq; eccum tibi nunc Colophonem, hoc eſt ſecundum penſum de Modorum commixtione perſolutum, Candide Lector. Superest ut de uera Modorũ cognitione paucula, ac de humilibus item cantilenis uelut ultimam Coronidem adiungamus, ut eo inſtructius opus in manus hominum perueniat. Modorum natura potiſſimũ ex

Syſtematum natura, quæ in conſonantia diapaſon cõſiſtit, pendet. Verum ſyſtemata ipſa, cum per diapente ac diateſſaron conſonantias medientur omnia, uarias ex ijs accipiunt formas, & uelut nouas ſubinde aſcenſu ac deſcenſu ſpecies, Quod in ipſa ſtatim prima diapaſon formula quæ ex A, eſt ad, a, uidere licebit. Nam ſi arithmetice mediata fuerit, Inferiore cãtilenæ parte primã diateſſaron ſpeciem ſol re, frequenter audies, ſupernè uero la re primam diapente ſpeciem diuiſam per fa in medio, ut in Hypodorio fieri ſolet. Sin Harmonicè diuiſa fuerit, ſupernè ſecundã diateſſaron ſpeciem la mi audies frequenter, infernè autem la re, ut in Aeolio fieri conſuetum eſt, quod latius proſequi non eſt neceſſe, copioſe enim ea luculẽtis item exemplis oſtendimus. Sed id ea cauſa hic referimus, quòd cantus ex lapſu, qui fit ſecundum arſin ac theſin, plurimum noticiæ nobis præbet. Quemadmodum ſuperiore item uolumine aliorum opinione docuimus. Quanquam hic error accidere poteſt, quod ipſæ diapente, quaternis ſæpe Modis communes, ita aliquando annexas habent diateſſaron, ut contingat ſæpe utraſq; mutari, quod in Dorij Hypodorijq;, Aeolij item ac Hypoæolij cantibus contigiſſe ſæpe uidemus, ac ſuperius exemplis aliquot oſtendimus. Idem dicimus de Lydij Hypolydijq; cantionibus in Ionicum Hypoionicumq; mutatis, & de cantibus quibuſdam Mixolydij Hypomixolidijq; in eoſdem delapſis Modos. Tantum momenti fecit Cãtorum ignorantia, & ingenium audacia ſola fretum ac fultum, quis enim hæc à multis iam ſeculis emendaret, imò quis de eis cogitaret potius? cum omnes bonæ literæ unà cum diſciplinis exularent. Ponemus itaque exempla duo, quorum limites ſunt D ac d, ſed ubi alterum phrygij ſit modi, ad quem illi termini nihil attinent, alterum hyperiaſtij, ut Lector ex his conſyderet, quantũ diſcriminis cuiuſque modi phraſis in cantu habeat. Nec temere ficta eſſe, quę priore libro retulimus Primũ re la. Secundũ re fa. Tertiũ mi fa. &cæ. Nec tamen prorſus reijcimus finalem ut uocant, clauem, maxime quando communes diapente ita ſunt in cantu ancipites, ut non facile perſpiciatur, cuius nam modi phraſis dominetur. Et ipſæ quidẽ finales claues ad phraſin aptari debebant, at multi nunc cantores ipſius cãtus phraſin ad ipſas claueis aptant. Ideoq; modi natura ſæpe cõfunditur. Ita ſunt res mortalium, quid facies? οὐδὲν ὑγιὲς. Nouis gaudemus, ſæpe etiam ineptis. Sed iam ipſa audiamus exempla.

Phrygij

Phrygij exemplum inter D & d.




Angelīgua glorioſi corporis myſterium, Sãguiniſq; p̃tioſi, quẽ

in mũdi pretium fructꝰ uẽtris generoſi Rex effudit gẽtium.

Hyperiaſtij exemplum

inter D & d.



Veni Sancte Spiritus, reple tu orum corda fideliũ, & tui amo-




ris in e is ignẽ accẽde. Qui p̃ diuerſitatẽ linguarũ cũctarũ gentes in u-



nitate fide i congrega ſti. Alleluia. Alleluia.

SÆpe etiam accidit ut cantus cauda deformetur, quod ſuperius de Nicæni Symboli fine in Aeolio Modo conqueſti ſumus. Cantores qnidam planè id uoluptati ducunt, atque adeò pulchrum exiſtimant Cantuum fines alió torquere, & auditorem ſuſpendere naſo. Quod Iodocus à Prato fecit in cantione. Factum eſt autem, de Chriſti Genealogia ex Lucæ cap. 3. quam cum ad Phrygij Hypophrygijq; connexionem (ut priorem. Liber generationis IESV Chriſti quam recte finierat) inſtituiſſet, auſus eſt in G finire, Sicut Pſalmum Memor eſto, ad Dorium conſtitutum, finit in e paruo. Neq; tamen id nouum uideri poteſt, cum in quibuſdam cantibus ſimplicibus prorſus alios atq; alios in diuerſis Eccleſijs uideas fines. Cuius cauſam arbitror, quod aliquando cantus ita anceps prorepat, ac ita in plurium Modorum phraſi ludat, ut non facile iudices, cui modorum cantor ſit daturus finem. Eius rei ſit hoc Phrygij elegantiſs. exemplum.



QVis autem prohibebit Cantorem Pertinacem ac affectatũ, quo minus hunc cantum ita finiat, ut nunc ſubiungemus, uidelicet ut fiat Dorius, quando lapſus in eo ſint non minus Dorij quam Phrygij?



SEd dicet aliquis, nemo tam ſtolidus eſt, ut non ſentiat ita corrumpi cantum, Audio. Quid igitur in Symbolo Niceno, in oratione item dominica publice corruptio accidit, nec quiſquam animaduertit? hic ſcilicet magis uigilabit auris quã illic? at ſatis eſt querelę. Simile ſuperioribus eſt, cum Dorij modi ijdem limites ſint, qui Hyperiaſtij, nempe D, ac d, Introitus tamen Gaudeamus, Dorij modi uulgatiſsima cantio in plæriſque codicibus intra C ac c continetur, perinde atque Hypoiaſtij ſiue Hypoionici eſſet, cum phraſis conuincat eam Dorij eſſe modi. Iodocus à prato in miſſa Gaudeamus eum Tenorem in ſyſtema Mixolydij ſatis duriter ſolita licentia emouit, finitum tamen ut Aeolium. Sed hercules hoc frequenter uideo apud ueteres eccleſiaſticos obſeruatum, præſertim in Authentis, ut inferne nota accepta extra propriã diapaſon, ſupne eã negligãt. Ita Dorius inter C ac c meat, quemadmodum apparet in dicto iam cantu Gaudeamus, Idque cum Hypomixolydio habet commune. Phrygius inter D ac d, ut in Pãge lingua paulò ante oſtẽſum eſt. Lydius inter E ac e, ut in multis gradualibus uidere licet. Mixolydius inter F ac f. Vt in Viri Galilæi, Introitu & plæriſq; aliįs patet. Aeolius inter G ac g, ad quã formam eſt Tenor Petri Platenſis in miſſa de S. Antonio, & in uulgata Cantione Baſias me, quã Iodocus à Prato inſtituit poteſt, & eſſe inter c ac C, ſi fa fuerit in b claui, ut in Sacris ſolẽnibus. Ad eã Modorũ nũc dictorũ formã Ionicus inter B ac b eueniret, Sed haud ſcio an usq; eũ ita uiderim. Itaq; καθολικῶς, Modi ferè Inferiore proxima diapaſon incedere poſſunt. Vt tamẽ et Phraſis obſerueť, et clauis finalis infima diapẽte chorda nõ negligať.

Poſſem

Poſſem plurima dare aliorum quoq; Modorum exempla. Sed ea latius proſequi non uidetur neceſſarium: Linquenda ſunt & Lectoris induſtriæ quædam, ut & ſuis ipſe inuentis gaudeat, & nos nihil abſurde dixiſſe aperte uideat.


Quod Modi non perpetuo impleant extremas chordas, ſed phraſi noſcantur, ac partim etiam finali claue,

Caput XXXVII.

QVod dictum eſt nobis ſuperiore libro ex Boëthio adeo ſimplicẽ olim fuiſſe muſicen, ut uix diapẽte Arſi ac Theſi impleret, Id nũc nobis exemplis demonſtrandum eſt. Sed hoc quoq; memoria tenendum, quod capite xxviij huius libri diximus de diapẽte ſpeciebus, quæ quibus Modis ſint communes. Nam in his neceſſe eſt, ut finales claues propèmodum ſtatuant Modum. Quanq; ne ſic quidem Aeolius à Dorio, Ionicus à Mixolydio ullo diſcernũtur pacto, tãtũ abeſt, ut à plagijs recte ſeperemsu. Quidam omneis eos cantus plagijs adſcribunt, modeſtiæ ut puto gratia. Quod Berno in Iſagoge etiam longius tractat, ſed eò deuenit, ut quoſdam fuiſſe dicat, qui IIII. alios Modos excogitarint, ut omnino duodecim eſſent Modi, adeo ueritas de XII Modis aliquid uiſtigij etiam apud tam barbari ſeculi homines habuit. Nos triũ diateſſaron, & quatuor diapente ſpecierum exempla proponemus. Quanquam ſecundæ ac tertiæ diapente ſpecierum ultra unius Modi haud facile reperias exempla apud ueteres eccleſiaſticos, in ijs quæ nos uidimus Antiphonarijs. Deinde quod quæq; ſpecies diapente adcipiat inferne ſuperneq;, & quantum ibi phraſis dominetur, exemplis declarabimus.

Re ſol.

PRimæ igitur ſpeciei Diateſſaron Reſol exemplum in Phrygij Hypophrygijq; finali claue.



Be nigne fac in bona uoluntate tu a Do mi ne. Euouae.

Mi la.

Mi la.

SEcundæ ſpeciei ſit hoc exemplum, finitum in Mixolydĳ Hypomixolydĳq; meta, quod plagio adſcribi ut diximus uolunt.




Iam lu cis or to ſy de re Deum precemur ſupplices, ut in di ur nis



a ctibus nos ſeruet à no centibus.


Vt fa.

TErtiæ ſpeciei ſit hoc exemplum, finitum in Dorĳ Hypodorĳq; meta finali.




A timore ini mi cie ripe Domine animã me ã. Euouae.

Eiuſdem exemplum in Phrygĳ Hypophrygĳq; ſede finali.



In matutinis Dñe meditabor ĩ te. Euouae.


ADhuc eiuſdem aliud exemplum finitum in Mixolydĳ Hypomixolydĳq; claue.



Ad hanc formã multa ſunt Antiphona.

In Iſ ra el magnũ nomẽ eius. Euouae.

QVidã adĳciunt exemplũ eiuſdem ſpeciei, quod in Synẽmenõ tetrachordon locarunt, ut Ionici Hypoionicíq; eſſet, Id eſt tale.



Venite exultemus Dño, Iubilem⁹ Deo Salutari noſtro. p̃occupem⁹ fa-



ciem eius in confeſ ſione, & in pſalmis iubilem⁹ e i.

SEd ineptus fortaſſis fuero, ſi omneis tam minutas formas, atque adeo minutiores ut Ditoni aut ſemiditoni proſequar, quando plures inueniuntur, & multo plurimæ fingi queant, ad Species diapente deſcendendum eſt, & in quot Modis eas inuenire potuerimus oſtendendum. Primę quidem Speciei Re la Dorĳ hoc exemplum eſt.

Re la Dorij, ac Hypodorij.



Eſto mihi Domine in Deũ ꝓtectorẽ. Euouae.

AD Hypodorĳ formã non reperi ullam, quæ non in C magnũ deſcẽderet, Eſt tamen Introitus, qui die Lunę poſt ſecundã quadrageſimę Dominicam cani ſolet, intra D & a cõcluſus præter uerſum, qui uolet in eo loco requirat. Phrygĳ aut potius Hypophrygĳ hoc eſt exemplum.


Re la Hypophrygij,



Viti aũt in ꝓpetuũ uiuẽt, et apd Dñm eſt merces eorũ. Euouae.

HYpolydĳ formula in hac Specie, quę eadem Hypoionici eſſe poteſt, frequens inuenitur in Reſponſorĳs quæ ad primam tertiam ſextam ac nonam cani ſolent, ut hic.


Re la Hypolydij.



Esv Chriſte, fili Dei uiui, miſerere noſtri, Alle luia, al le luia.

HYpomixolydĳ cantiones, hac ſpecie concluſæ, raræ admodum inueniuntur, Eius tamen hoc eſt exemplum.

Re la Hypomixolydij.




Spiritus Domini repleuit orbẽ terrarũ. Al leluia. Euouae,

ET quãquam Hypoionici intonationem aliam ab Hypolydĳ nullam ſcimus, ut ſupra teſtati ſumus, tamen cum poſitu ſeparati ſint hi duo modi, ſub hac diapente ſpecie repertam formulam, in ſede quidem Hypoionici, ſubĳcere placuit. Ea ita habet.

Re la

Dodecachordi Re la Hypoionici.




TV es Deus q̃ facis mirabíli a. Euouae.

ATque hæ quidem formulæ in hac ſpecie concluſæ tot modorum reperiuntur. Nam Hypoæolĩ uix credo quiſquam alias ab Hypodorĩ cãtibus in hac ſpecie deſcernet, quamuis ea quatuor Modis exæquo ſit propria, ſicut nec Hypolydĩ ab Hypoionici, niſi poſitu ut iã dixi, quale de Hypoæolio exemplum nondum reperi. In uniuerſum certe hoc admonere oportet, quamuis haſce formulas plagĩjs adſcribi putent, ut initio huius capitis diximus, aliquando tamen in Antiphonarĩjs non Plagiorũ ſed Authentarum intonationes ipſis adſcriptas inueniri, ut in primo huius iam dictæ ſpeciei exemplo patuit, ac poſtea item ſæpe.

Secunda Species Mi mi.

SEcundæ Speciei diapente Mi mi, unũ dũntaxat inueni exemplũ. Nã alia omnia cantica aut ſuperne ſemitonium habent, aut inferne tonũ.

Mi mi Hypophrygij.




IN domũ Domini lætantes ibimus. Euouae.

Tertia Species Fa fa.

TErtiæ ſpeciei diapẽte ultra duas formulas nõ inueni, Alterã Lydĩ oppido rarã, cũ ſit eiꝰ modi ꝓpria, Alterã Hypomixolydĩ freq̃ntiſſimã.


Fa fa Lydij.



EXultabũt omnia ligna ſyluarũ ante faciẽ Domini, quoniã uenit Euouae.

Oportet

Fa ſa Hypomixolydij.




Portet te fi li gaudere, qa frater tu⁹ mortu⁹ fuerat, Et reuixit, pie-

rat, & inuẽtus eſt.


Quarta ſpecies.

HVius ſpeciei multo plurima exempla reperias, ac fermè omnium Modorum.

Vt ſol Dorij.




LApides p̃cioſi oẽs muri tui, & turres Ieruſalem gẽmis ædifica




buntur. Euo ua e.

Vt ſol Hypodorij.




VSq; modo nõ petiſtis qcq̃ ī nomĩe meo. Petite, & accipietis. Alle-




luia. Euo ua e.

HVius formulę ſunt aliq̃t Introitus ut: Dominus dixit ad me. in primo galli cantu, diei natales Dñi. Itẽ Hymnus Chriſte q lux es & dies. At quę ſequit̃ forma, ſi in b claui finiat̃, poterit uideri Hyperphrygij, ut cantus ei⁹ cõmuniter p̃notãt, ſed poterũt & ī E finiri, ut ſint Hypoph. hoc modo.

Vt ſol Phrygij uel Hypophrygij.




IN man⁹ tuas Dñe cõmendo ſpiritũ meum.




Euouae.

Vt ſol Mixolydij.



mi erũt ante te. Allelu ia. Euo ua e.

Vt ſol Hypomixolydij.




ſeruet à nocen ti bus.

INuenias & Ionici exemplum ut ſol. Requiem æternam,pro defunctis Introitum. Quanq̃ ea diapente quatuor modis communis eſt, ut ſupra diximus, Verſus tamen in eo eſt Hypoionici. Verum in re non admodum difficili, ſatis multa exẽpla attuliſſe uidemur. Qui plura uelit,paſſim inuenire queat licebit.

NVnc adiiciendum breuiter eſt, quid quæq̃ τῆς διὰ πέντε ſpecies adcipiat infernè ſuperneq̃, dum nõ implet diapaſon. Re la infernè frequẽtiſſime habet ut,& ſupernè fa. Mi mi,ſupernè fa,infernè re. Fa fa ſupernè ſol,Rariſſime infernè mi. Vt ſol,ſupernè la,infernè fa in diezeugmenis, In Synemmenis idem la ſupernè, perraro uero infernè ſemitonium. Eius rei pauca exempla ſubnectemus. Nam paſſim obuia ſunt in ueterũ libris.


Re la cum

Re la cum tono inferne, Dorij.




Re la cum ſemitonio ſuper

né, eiuſdem Dorij.




Re la cum ſemitonio ſuper

né & tono inferné, eiuſdem.



Mi mi cum ſemitonio ſuper

nẽ, Phrygĩ.




Hic eſt diſcipul⁹ me⁹. Si eũ uolo manere donec ueniã q̃d te? Tu

me ſequere. Euouae.


Mi mi cum tono inferne,

Hypophrygĩ.



Viro in iquo libera me Dñe Euo ua e.

Fa fa cum tono ſuperne, Lydĩ.




Ox clamãtis ĩ de ſerto parate ui ã Dñi rectas facite ſe mitas Dei

noſtri. Euo ua e.

Vt ſol cum tono ſuperne,

Mixolydĩ.




E cœlo ueniet dñator Dñs, & in manu ei⁹ honor & impe rí=

um. Euoua e.

Vt ſol cum

Vt ſol cum tono inferne

Hypomixolydij.



Ego dęmoniū nō habeo ſed glorifico Patrē meū dicit Dñs.

Euo ua e.


HÆc in Authentis maximè, præter duo, ſunt exempla. Nam Plagij plę runcq; etiam hic ſuam ſeruāt modeſtiam, Vt Hypodorius frequenter inter C & G. cum quo & Hypophrygius participat, Vtercq; tamen, adiecto ſupernè tono, intra ſecundæ Deductionis limites, quæ ex C eſt in a, cō ſiſtunt ſæpiuſcule. In eadem & Hypolydius, & Hypoionicus. Hypomixolydius uero intra F & d. Hypodorij ac Hypomixolydij ubique obuia ſunt. At Hypolydij Hypophrygijq; hæc ſunt.

Vt re mi fa ſol la Hypolydij.



ADorate Dñm, Alleluia, in aula ſãcta eiꝰ. Alleluia. Euo ua e.

Vt re mi fa ſol la Hypophrygij.



VIgila te a nimo, in ꝓximo eſt Dñs, Deus noſter, Euouae.

AD hãc ultimam formã eſt Reſurrexi. Introitus die paſchali. Ad priorem multa Reſponſoria quæ ante Horarum Pſalmos intonãtur. Verum enimuero ut reprehenſione non caruiſſem, ſi de his tanq; tractatione

indigna uiderentur nihil dixiſſem, ita ſi, quæ ubiq; obuia ſunt, proſequi latius uelim, merito ineptus uidear. Quis em̃ neſcit præterea Modos intra ſeptimas quoq; cõtineri? item octauæ aliquando adijcere uel tonũ, uel ſemitonium? ut ipſorum exigit formula. Lector ipſe diſpiciat, quem paulò ante admonuimus, nos multa illi examinanda relicturos.

De præſtãtia Phonaſci ac Symphonetæ, ac item de cantibus plano & menſurali uter utri præferendus, Caput XXXVIII.

PRoperantibus nobis ad finem huius operoſi ſanè libri, ſubijt animo non prorſus contemnenda ea quidem cogitatio, rei inquam in dubium uerſæ iam pridem apud noſtræ ætatis homines, Vtrum plus laudis mereatur, Thematis ne inuentio, an uocum aliquot acceſſus, hoc eſt, ut rudes quoque intelligant: Vtrum pluris faciundum, Si quis Tenorem naturalem inuenire queat, qui omnium menteis afficiat, qui hominis animo inſideat, qui denique ita hæreat memoriæ noſtræ, ut ſæpe ne cogitantibus quidem nobis ſubrepat: in quem perinde atque è ſomno experrecti prorumpamus, quod de pluribus Tenoribus uulgo uidemus, An ſi quis ad repertum eiuſmodi, ut dixi, Tenorem addat treis, plureis ue uoces, quæ tanquam illuſtrent eum ſectionibus, fugis, mutationibus, Modi, Temporis, ac Prolationis, Vt prioris generis homines Phonaſcos appellemus, ſequentis Symphonetas, quas uoces non pœnitendi authores uſurparunt. Et quando alia uerba deerant nec inepta hæc uidebantur, exiſtimauimus nobis quoque ita loqui permiſſum. Cuius rei ſit exemplum, ut eo melius percipiatur quod dicimus. Qui primus inuenit Tenorem. Te Deum laudamus. aut alium quempiam, ut Pange lingua, ſit ne ingenio præferendus ei, qui poſtea integram ad eum Miſſam compoſuerit. Primum quidem, ut non nihil præfemur, inficias ire non poſſumus, utrique id uiribus ingenij accidere, & naturali quadam ac ingenita uirtute, magis quàm arte. Cuius rei cauſa uidetur, Quod plærunque etiam qui Muſica neſciunt, in Tenoribus inueniendis mirum in modum ualeant, ut apparet in lingua Vulgari noſtra, uel Celtica, uel Germanica. Rurſus quòd in addendis uocibus qui ualent, & ipſi plærunque male muſica didicerint, ut nihil de alijs dicam diſciplinis. Patet igitur neutrum certe homini poſſibile, niſi ad hoc nato, &, quod uulgo dici ſolet, niſi mater dederit: Id quod de pictoribus adeò uerum eſt, ſculptoribus item, ac Diuini uerbi Concionatoribus (Nam de Poëtis non eſt dubium) de omnibus deniq;

bus denique Mineruæ conſecratis operis. Quare apta eſt cõparatio quàm hic facimus. Cæterum ne hoc quidem negari poteſt, In eundem hominem utrunque incidere poſſe, ut & feliciter Tenores inueniat, ac inuentis alias ſuperaddat uoceis, ubi duplex ſanè eſt uirtus, ſed nos de præſtantia in duobus hiſce differimus. Verum enimuero, ſi, ut Ariſtoteles perhibet, uere laudem meruit, qui cuiuſuis diſciplinæ principia reperit, reliqua enim per facile eſt (inquit ille) ſuperaddere, non uideo quare prior ille artifex, uocis ſimplicis (ita nunc Tenorem appellare placuit) ſimplex plaſtes, cedere ei debeat, qui non tàm facile inuenit, quàm inuentis addit. In diſciplinis hercle uidemus plurimum laudis ſemper meruiſſe primos inuentores. Sic Hippocrates Galenum ſuperare iudicatur, etiamſi mille uoluminibus antecedit Galenus, multa ſimilia adduci poterant, ſed hæc argutula uidentur. Ad illa potius, ut conſyderatione digniſſima mihi pro ſe quiſq; intendat animum. Vtrum antiquius, utrum utilius, denique utrum utri concedat. Nam unius uocis Tenorem, ut ſunt ſimplices Modi, diutius in uſu fuiſſe quàm plurium uocum concentum, uel Modorum nomina à gentibus uſurpata luce clarius oſtendunt. Cum de pluribus ſimul uocibus nihil (quod ſciam) certi apud ueteres reperiatur. Non eſt igitur dubium, quin ut unum plura antecedit, ita una uoce, quam pluribus canere ſit multo antiquius. Porrò quando Muſica eſt delectationis mater, Vtilius multo exiſtimo quod ad plurium delectationem pertinet, quàm quod ad paucorum. Vnius autem uocis inſignis ac nobilis Tenor, & uerbis aptis prolatus apud homines, plureis oblectat, doctos pariter ac indoctos. Artificium enim illud quatuor pluriúmue uocum quotus quiſque eſt, etiam inter eximiè doctos, qui uere intelligat? Omnes quidem, cum audiunt, laudant, ne quis indoctior habeatur, ſi uituperet. Quoties Dij boni, ego, cum carminum non intellectorum laudatores audio, mecum tacitus cogito illud Horatij:

Nam ſaliare Numæ carmen, qui laudat, & illud
Qui mecum ignorat, ſolus uult ſcire uideri.

Sanè inciuile uideatur quod omnes laudãt, te ſolum nihili ducere, quid ni eſt? & timendum ne audias illud ὄνος πρὸς λύραν. Quod autem Symphonetæ Phonaſcis cõcedant, noſtra hac tempeſtate & ante aliquot item annos luculenter uidimus, quando nulla eſt ferè hodie miſſa, quæ non ex antiquo themate quopiam ſit deprompta. Ita Fortuna, Ita, homo armatus, & lingua cum Gallica tum Germanica multa themata, plura uero ex choro, ubi ſimplex eſt cantus. Ideóque facile in eorum ſententiam pedibus iero, qui Phonaſcos eximios neutiquam inferiores Symphonetis exiſtimant, imò uolens illorum caſtra transfuga reliquero, qui Gregorianum

cantum contemnunt, eam tantum ob cauſam, quod non tot formis ornatus ſit, nec tot habeat garritus, quot menſuralis, cum in eo, qui primi quidem Phonaſci inclaruerunt, non minus ingenij oſtenderint, quàm quiſq; hac noſtra ætate Symphonetes in multarum uocum cõgerie. Ego ſanè ad Chriſtianam pietatem, qua priſci Eccleſiaſtici uiguerunt, plurimum ſimplicem cantum, per Modos eruditè diſtinctum, conferre arbitror, nec parum facere ad animorum (ut nunc loquimur) deuotionem: maxime qualeis apud Italos Ambroſius inſtituit. Gregorius item, ac Auguſtinus, Eccleſiæ lumina. Deinde apud Gallos ac Germanos eximij uiri, è quorũ numero fuêre in Cœnobio S. Galli in Heluetijs Nockerus Abbas, & Hermannus Comes à Veringen, quem Cõtractum nominabant. Homo magni ingenij, ut alibi teſtati ſumus de Ionici Hypoionici q; Modorum connexione. Qui mihi in ea proſa de Cœlorum regina, IESV CHRISTI Matre, quæ Aue præclara inſcribitur, plus muſici ingenij oſtendiſſe uidetur, quàm ingens aliorum grex ſexcentis cãtionum plauſtris. Verum qui Modorum naturam ignorant, ut fermè noſtra ætate Cantores, nec uim cãtus iudicant, niſi ex conſonantijs, relictis affectibus, ac neglecta uera eius gratia, uituperant quod ignorãt. Parco hic nominibus. Nam nominare poſſem, qui ἄμουσοι magis quàm ulli ὄνοι, reiecerunt, quod bene habebat, ac in locum eius inſtituerunt adeò inepta, adeò ſtolida, ut ſe prorſus inſenſatos oſtenderint. Sed hi ſunt huius ſæculi mores. Æquum erat alia, ſed meliora ſubſtituere, ſi ſummouere quæpiam lubebat. At ego (libere enim pronuntian dum eſt quod ſentio) Eccleſiaſticum cantum tantum abeſt, ut aboleri uelim, ut aſſeuerem, nihil abſolutius unq; natum, quippe in quo, qui compoſuerunt, eruditionẽ unà cum pietate iunctam manifeſtiſſimis argumentis oſtenderint, loquor de Miſſarum corpore (Graduale uocant) in quo feliciſſime omnes tractarunt Modos, nec tractarũt ſolum ſed pro materia rebus applicuerunt, atq; ita natiuam Modorum Indolem (ut ſic loquar) expreſſerũt, ut nihil perfectius ab homine fieri potuiſſe ſatis notum ſit ijs, qui has res non ſuo affectu, ut nũc fit, ſed arte ac adhibito iudicio ęſtimãt. Acceſſêre deinde abuſus, fateor, & paſſim indocti bene natis ſuas nugas aſſuërę ſunt conati. At quæ nam diſciplina eſt, in qua id factum eſſe non merito conqueri poſſimus? Sacræ, ſcilicet literæ, ipſæ nullos adulteros ac impoſtores habuêre? Vt quid igitur Diuus ille Paulus initio iam naſcẽtis Eccleſiæ Pſeudoapoſtolos toties commemorat? toties reprehendit, ac pie ſancte q; inclamat, imò gladium illum diuini ſpiritus in eos ſtringit? An non quicquid Chriſtus unquam cepit, plantauit, erexit, Satan ille malignus deuaſtare, perturbare, deijcere conatus. Nihil autem ſtultius quàm propter aliquorum hominum abuſus cõtinuo abrogare quod & recta, & pia ratione inſtitutum ac ſanctũ eſt, ut noſtra ætate prò dolor uidimus, niſi aliud & meli

us &

us & magis pium ſubroges. Præſtiterit fortaſſis quædã deprauata uel diſſimulare, uel tolerare quàm tam temerè omnia innouare, ſed ſcilicet hæc eſt malitioſi noſtri Adæ, hoc eſt carnis cum libido, tum ſuperbia, quæ uoluptate ducit, ſuſq; deq; ferri omnia. Tollãtur abuſus, reſecetur ſaluo crure hulcus, irrepſit fonti quid turbidi, exhauriatur. Quid autem unquam tam feliciter inſtitutũ in hoc mundo, ut non continuo ponè ſequatur eius labes? Ita frumentum zizaniam habet, purpura tineas, ferrum rubiginem ſentit. Perſpice elementa, perpende, quæ ex eis mixta, conſydera ſingulas naturæ parteis, quænã, ſcire uelim, eſt quę non cõtinuo habeat firmitati bonitatiq; pediſſequas annexas infirmitatem malitiamq;? Vt mihi planè omnes res humanę uideantur mari ſimiles. Mare ſalſum eſt, Impone omne Saccarum, omneis Calecuticas merceis, omnia Aromata, hymettici mellis mille plauſtra, ut dulce facias, Vnus mehercle uẽtulus, nec impetuoſus, nec uehemens, ſi uel mouerit, faciet rurſus, ut erat antea ſalſum. Et has quidem naturæ corruptiones uiderunt etiam Ethnici, tanto turpius fuerit nos Chriſtianos non uidere, aut diſſimulare potius. Igitur, ut ad rem redeam, optimum integerrimorum ac Sanctiſſimorum uirorum inuentum laudare nos oportebat, non contemnere, non irridere, deinde quæ uel temporum iniuria, uel Satanis malignitas deprauauit, bona fide haud grauatim emẽdare. Cum in alijs diſciplinis tot ſint qui adultera longa ætate facta feliciter caſtigent, ac pro uirili emendent, In Sacris cantionibus non idem licebit ſcilicet? Vtrum quia magis referat, quæ ad mundi pompam attinent, didiciſſe, an quæ ad Dei Optimi laudem? Vt taceam quòd ad puerorum os formandum nihil æque conducat atque ſimplex illa Muſica. Nam altera Muſica pro paucorum admodum captu eſt. Itaque id demum ingenui hominis officium exiſtimarim, medelam adhibere bonis, ſed calamitatem paſſis. At enim nimium uerum eſt quod Græci dicunt: τὰ πάντα τὰ μέγιστα μωμήσεται τὶς θᾶσσον ἢ μιμήσεται, Id eſt, Maxima quæque uituperauerit quis facilius quàm imitabitur. Ita hac etiam in re fieri hac noſtra tempeſtate uidimus, Qui eccleſiaſticum cantum reiecerunt, ut alij, diffiſi quicquam tale ſe inuenire poſſe, prorſus omiſerint, alij ſubiecerint nobis pro Pſalmis decantandis adeò ineptas Harmonias, ut ſæpius inſaniam ſtultitiámque eorum admodum mirer. Poëtas hercle ueteres Phonaſcos fuiſſe, hoc eſt, Harmoniarum ſiue Modorum inuentores, eóſque Modos ad carmina adaptaſſe, accinuiſſéque, nemo eſt inter eruditos, opinor, qui ambigat. Quod apud Hebræos de Dauide Poëta Regio Sacræ teſtantur literæ. Nec minus uidetur uerum de Græcis Latiniſque, maxime uero Lyricis. Tum ea quoque uerba, eleganti aliquo Modo ueſtita gratiora auribus fuiſſe, tantum abeſt ut dubitem, ut etiam cre-

etiam credam plus affectus habuiſſe apud Principes ac Magnates, & plus nacta eſſe præmij, quàm ullæ noſtra ætate Symphoniæ, Ideoq; à diuino illo ſpiritu prouiſum, ut illi potiſſimũ Modi primũ in Eccleſia inſtituti fuerint, idq; ita habere ipſa re experietur Lector, ſimul atq;, me Præcone, ceperit Modos diligẽtius tractare, ac ſecum aliquoties ſancte ac pie ſubmurmurare quippiam uel ex Sacris, uel ex Sanctorum Patrum hymnis, quẽadmodũ Poëtæ ſua carmina cõſueuerunt: & ueteres Eccleſiaſtici ſuos Pſalmos: Quod quidem omni tẽpore fieri poteſt, cum alterum, nempe pluribus canere uocibus, non ita ſanè cõtingere poſſit. Quoties enim reperias, ſcire uelim, treis aut duos ſaltem, qui tecum plureis intonẽt uoces? expertus id loquor, ſemper in his aliqd hiat, ſemper aliquid uel tœdij uel moleſtiæ adeſt. Qui eruditi ea in re ſunt, rogari uolunt, qui uero ignorat, ſubtriſtis, alijs canentibus aſſidet, aut quia uellet ſe quoq; poſſe accinere, aut quia pudet, q̃d idipſum non didicerit, aut quia cõtemnit, quod uel non intelligit, uel non aſſequitur, Qui aliquid in ea re profecerunt, nec tamen certi ſunt, quorum magna eſt natio, identidem canendo errant, unde ingens peritis tœdium naſcitur. Adeò rarum eſt uel tres hac in re ſimul cõuenire poſſe. Accedit ad hæc quod raro uoces habeant aptas, etiam qui cantum bene norunt. Quotus enim quiſq; eſt qui Baſin, aliarum uocum fundamentum, recte, & ut eius poſtulat dignitas, intonare queat? Nullus enim eſt qui non malit eam canere, etiam qui ſcreant magis quàm tonent. Supremam uocem pueri maximè canere poſſunt, ſi non ijdem frequenter ignari cantus eſſent. In Altitonante, quam appellant, uoce, plærunque etiam humana uox claudicat, quippe quæ neſcio quid ſui iuris obtineat. Tenorem quoſdam pudet canere, utpote uocem nimis uulgatam, quoſdam piget, ut qui in alijs audiri malint, adeò etiam hac in re non deeſt Ambitionis uitium, uulgo Cantorum moroſitas uocatur, quæ tanto maior apud quoſdam eſt, quanto ſunt indoctiores. Sunt autem plærunque non modo indocti, ſed, quod id uitium ſequi ſolet, arrogantes quoq;. Bonos ubiq; exceptos uolo. Ob has igitur, ac antea dictas cauſas ego eximios Phonaſcos neutiq; Symphonetis poſtpoſuero: ſed neq; Eccleſiaſticum cantum, arte uera, ac Modis naturalibus conſtantem cedere puto oportere multarum uocum garritui. Vtrumque in honore atque ſua, qua apud ueteres uiguêre, & hodie ſunt, authoritate ac exiſtimatione permanere uelim.

De inueni-

De inueniẽdis Tenoribus ad Phonaſcos admonitio, & ultimum. Caput XXXIX.


EXtremũm hunc Arethuſa mihi concede laborem. Libet nunc Virgiliano carmine bene ominari quod utile operę pretium in calce huius libri inſtitui. Nempe ut admonerem Lectorem rei, tametſi non admodum magnæ, huic tamen negocio aptiſſimæ, poſteaq; nunc omnium Modorum naturam hoc libro didicerit, dignetur ſaltem tẽtare, ſi ipſe ad aliquam horum formam alicuius carminis Harmoniam, ſiue, ut uulgo uocant, Tenorem quempiam inuenire queat, qui auribus dulciter, uerbis apte iũctis inſonet, mentiq; inſideat, ac in audientis animo aculeos relinquat, in quo naturæ uis expreſſa uideatur, Deniq; in quẽ animus hominis aliquãdo, uelut è ſomno experrectus prorumpat, quemadmodum proximo capite diximus. Id etſi ego, ut nullo tali ingenij dono prædítus, facere nequeo, non deſinam tamen alios, ut id conentur, hortari. Erit fortaſſis aliquando, cui id doni, Dei munere, ut antea multis, dabitur. Quanquam id conatos noſtra ætate quoſdam uideo, ſed infeliciter ſanè, Quando Modorum naturam prorſus ignorabant, ac ſola freti ipſius uſus licentia, quicquid in mentẽ uenerat abſq; omni iudicio proferebant. Loquor de his qui hac tempeſtate in Horatij odas dedêre quatuor uocum carmina, In quibus præter concentum nullum admodum eximij ingenij uideas ueſtigium. Ego Tenorem requiro, quem unus uel ſolus ſecum perſonet, uel alijs accinet, uel quem multi ſimul, ſed unum intonent, quemadmodum in Choro ſacri Hymni ac Pſalmi adſolent. Præterea eum requiro, qui breuibus longíſque ſyllabis ſua det tempora, quod in Choro hodie mirum cur non obſeruetur, olim, ut puto, non neglectum, unde adhuc puto eſſe, ut nonnunquam uni longæ ſyllabæ plures datæ fuerint notulæ, quanquam poſteri hoc ita deinde neglexerunt, ut breuibus pariter ac longis promiſcue plureis dederint notulas. Multi anni lapſi ſunt cum Iuuenis in Horatij Odas neſcio quas finxeram Harmonias, eas poſtea per Germaniam oppreſſo meo nomine diuulgarunt quídam, quod non dolui, Id dolui, q̃d, quas in priuata quędam feceram carmina, eas illi καθολικῶς applicare conati ſint omnibus, cum id nullo fieri modo poſſit, niſi magno doctorum hominum riſu, maxime uero fieri non poteſt in diuerſis generibus, & ne in uno quidem genere, ſi ſenſus nõ ſint intra eaſdẽ periodos. Rogatus deinde ſępiuſcule, ut eam rem aliq; pacto ſtudioſis indicarẽ, q̃d nunc haud grauatim facere decreui, ſed obiter, ſed modeſtè, ne Lectorẽ diutius q̃ par eſt teneã, Quẽ tamẽ ſcire uolo, me id haud quaq; abſq; exẽplo facere

ne quis fortaſſe leuius negocium exiſtimet, quàm ut tam graui tractationi conueniat. Franchinus ſanè libro quarto de Harmonia Muſicorum inſtrumentorum Capite decimo in Saphico id tentauit, Tenorem Dorio, Baſin Hypodorio complexus, quàm feliciter autem id proceſſerit penes Lectorem iudicium eſto. Nos non binas uoces, ſed ſingulas inſtituemus, ad quod negocium quis luculentior author fuerit Horatio? Ignoſcant hic mihi, qui eius authoris leuitatem parum fortaſſis eccleſiaſticis cantibus conuenire cõtendant, Cum ſanè uideant priſcos Eccleſiæ proceres nequaquam horruiſſe Hymnos ad eiuſdem Poëtæ Carminum formam publicè inſtituere, ac mutatis tantum uerbis, choro preſcribere, facile igitur mihi dabitur uenia, ſi ad eiuſdem carmina, quæ & magis nota ſunt, & facilius Lectorem ad id, quod uolumus, perducere queunt, noſtra applicemus, & ſacris prophana inſeruire cogamus. Studioſæ igitur iuuentuti gratificari cupiens, & ut pariter uulgo Poëtis ac Cantoribus acquieſcam, ad treis uul gatiſſimos Modos, Dorium, Phrygium ac Ionicum formulas quaſdam exhibebo, ſecũdum radices trium diateſſaron ſpecierũ Re, mi, et Vt, quemadmodum hodie ſunt in uſu apud Ludionum uulgus, potiuſq; à Dorio, ut omnium Modorum Principe, quàm ab Ionico cepimus, Eſt enim Do rius in primis grauis Modus & exordijs aptiſſimus. Primæ igitur Odes ſimpliciſſimã narrationem inter D ac d adiecto ſuperne Tono, ut Modorum habet licentia, decurrentem inſtituimus. In hoc tamen antea Lectorẽ admonitũ uolumus, ne ſex propoſitis eius Odes uerſibus, omneis ad eam formam prorſus quadrare putet, ſed pro materia uariandos eſſe ſecundum cantantis ingenium, immobili manente diapaſon ſyſtemate, in quo Modi natura conſiſtit. Scio & Franchinum & noſtra ætate Cantores ad ſyllabarum differentias oſtendendas Breuibus ac Semibreuibus uſos notulis, de quibus ſequente libro copioſius tractabimus, Nobis placuit ſemibreuium ac Minimarum uſus, Propemodum enim hic nulla eſt Menſurę (Tactum uocant) obſeruantia. Quippe priſci illi, ut affectus exprimerent, magis Harmonias uerbis aptabant, quam aut Menſuræ aut numeris uerba, quanquam omni carmini ſua quædam eſt Menſura, ſed non prorſus ut nunc exigunt Muſici. Sunt & notulæ affectuum, quas Lectoris iudicio examinandas relinquimus. Eſt & ubi hic Poëta, authore Quintiliano, inſurgat, pro qua re uni ſyllabæ plureis dedimus notulas, ne eas quidem ad Mẽſuram, ſed ad affectum poſitas, ut exempla declarabunt.

De finitis


De finitis in Re cantionibus


Harmonia in I. Horatij oden ad Dorium.




AD hunc igitur Modum & aliæ huius generis odæ decãtari poſſunt. In tertia uero ode uariatio contingit breuiore carmine in hoc genere. Quando autem ea ode ſupra modum docta eſt, utpote ad amiciſſimũ uirum, nempe Virgilium ſcripta, Totã Apoſtrophen, ad nauim factam adpingemus. In nono autem deinde uerſu, ubi de hominum audacia digreſſionem incipit, feſtiuiſſime inſurgit, Eam rem Semiditono Dorij Syſtemati adiecto, quod ipſi adeò Dorio, Hypodorio, Æolioq; Modis peculiare eſſe hoc libro ſæpe oſtendimus, indicare uoluimus.

Harmonia in III Horatij oden ad eundem Modum.






Reddas incolumẽ p̃cor Et ſerues ani mæ di mi dium meæ.




Il li robur et æs triplex Circa pect9 erat, q̃ fragilem truci




Cõmiſit pelago ratẽ Prim9, nec timuit p̃cipit̃ Africũ Decertãt̃ Aq̃lonib.

NVnc eiuſdem generis Ἀμοιβαῖον, quod per omneis uerſus æqualiter ca ni poteſt, adducamus, ut planius ac facilius Lectorem, in generalis formæ uſum perducere poſſimus. Cæterum quo pacto uariandum partim ex præcedenti ode, partim ex ſequentibus diſcet.

Ode IX. Libri tertij ad Dorium Modum.



Onec gratus eram tibi, Nec quisq̃ potior brachia candidæ




Cerui ci iu uenis dabat Perſarum uigu i Rege be a ti or


HIc iube nunc puellam ad eundem Modum ſuam aptare uocem, & mire delectatio naſcetur. Sed plus iucunditatis adferet, ſi quis uenuſte pro materia mutet Harmoniam, quod & hac uideri poteſt Ode.

Ode


Ode XIII. Libri I. ad eundem Dorium.




CVm tu Lydi a Te lephi Ceruicẽ ro ſeã, cære a Telephi



Laudas brachia, uæ meũ Feruẽs diffici li bi le tumet iecur.




Tũc nec mẽs mihi nec color Certa ſe de manet, humor & in genas




Furtim la bi tur ar guens Quẽ lẽtis pe ni tus ma ce rer i gni bus.

ET fine huius Odes planè diuina, in re ludicra, ſedet ſententia. Ex Euripide ubi de Iphigenia in Aulide. Cæterum Poëta hic inſurgit.



Fe lices ter & amplius Quos irrupta tenet copula nec malis




Diuulſus querimoni is Suprema ci ti us ſoluet a mor di e


SEd ſatis nunc eſt Glyconici Aſclepiadeiq; generis in Dorio, dabimus in eodem Modo Oden nonam primi libri, in qua initio generalem formam præponamus. Deinde ut pro re ac materia uariare eam decebit, ſubiungemus. Ea Ode uerſu primo Iambum habet loco primo, in alijs rariſſime. Cæterũ Horatius nullo alio genere plureis luſit Odas ita delectatus hac forma, ſuſpitionem dedit multis, ut exiſtimẽt ab eo inuentũ hoc Car-

men. Effert aũt ſe hic Modus oppidò libẽter ſemiditono ſuper diapaſon, q̃d in Cantilenis Celticæ linguæ frequẽs eſt, Id hic etiam imitati ſumus.


Ode IX. Libri I. ad eun dem Modum.




ATq; hæc quidem generalis eſt huius generis formula. Cæterũ uariãda eſt, quoties uel exclamat inſurgitq; Poëta, uel ubi ſententia nondũ finita eſt. De Priore modo ſit hoc exemplum ex 19. ode lib. 2. Carminum, & 27. libro 1. ac multis alijs etiam locis.




AT ubi ſentẽtia Tetraſtrophe non impletur, ibi alia cautione opus eſt, eius cum multa ſint exempla, Duo, nempe ex ode 15, lib. 2. Et ode 2. libro 3. Carminum, adponemus, ex quibus reliqua inuentu ſunt facilima.




Extenta



Ex ten ta uí ſentur Lucrino Stagna lacu, platanuſq; cœlebs
Vulgarit arcanæ, ſub ijſdem Sit trabibus fragilemq; mecum




E uin cet Vlmos. Tũ ui o la rí a, Myrtusq;, & oĩs co pí a na rium
Soluat Phaſelũ. Sæpe Dieſpiter Neglectus inceſt' addidit integrum.




Spargẽt o lí ue tis o do rẽ Fer tí libus Dño pri o rí
Raro antecedentem ſceleſtum Deſeruit pede pœna claudo.

ADíjciamus ex Epodon aliquot Iambica, quãdo etiam Eccleſiaſticos hoc genere delectatos uidemus. Verũ quod ea carmina pedes uariãt, Idem in notulis quoq; obſeruandũ eſſe cenſemus. Ea ſunt huius modi.


Iambici uerſus ad Dorium.




IBís Liburnis inter al ta na uí um Ami ce pro pugnacula,



Pa ra tus omne Cæſa ris pe rí culũ Subí re Mecœnas tu o.




Quíd nos ſq; bus te uita ſit ſu per ſtí te Iucunda, Si contra grauis.




Vtrúmne iuſ ſi per ſequemur otium Nõ dulce, ni tecum ſimul ſ


ATq; ita per indignationem quoque interrogatio locum habet ut hic ultimus uerſus erat. Sed aliud exemplũ ad eundẽ Modum ſic habet.



Quid immerẽte is ho ſpi tes uexas canis? Ignauus aduerſum lupos.




Quin huc ina neis, ſi potes, uertis minas? Et me remorſurũ pe tis? &c.



Caue, ca ue. Nãq; in ma los a ſperrimus Pa ra ta tol lo cor nu a.

ERat ſatis nugarum in hoc Modo, ſed libuit Phalecij Carminis formulam adiungere, Quando Aurelius Prudentius Hymnũ poſt Cibum in hoc genere elegantiſſimum iuxta ac Chriſtianiſſimum poſteris reliquit. Quem quia Triſtrophon inſtituit, commodè nos trium uerſuũ Harmoniam proponemus, de quibus quàm cui proponas pro aurium iudicio nihil referet. Eſt autem duorum Modorum Dorij Hypodorij q;, & ſiquidem uoles, Æolij Hypoæolij qúe diapente cum Tono infernè adnexo, quod & in ſequentibus apparebit exemplis.

Phalecij carminis Harmonia.



PAſtis uiſce ribus ci boq; ſũpto Quẽ lex corporis ĩbecilla paſcit

Laudem lingua De o Pa tri re pen dat.

Ita hæc Martialis.


Vitam quæ faciunt beatiorem
Iucundiſſime Martialis hæc ſunt,
Res non parta labore, ſed relicta
& reliqua.

Porrò


POrrò Robertus Gaguinus haud ita multo ante hanc ætatem Vir non mediocris famæ, Qui & Francicarum hiſtoriarum conditor dictus, Elegiaci carminis Harmoniam in eadem Modorum dictorum diapente compoſuiſſe dicitur, plenam fletu et lachrymis, ac proinde Elegis oppidò aptam. Incidit autem in eius medio Diminutio menſuræ quàm Triplam uulgus appellat, nos Trochaicam rationẽ, de qua copioſius libro ſequente. Ex Boëthio autem ſit hoc exemplum.

Elegiaci carminis Harmonia

per Robertum Gaguinum.



HIc planè audiuimus fletum mirabili ingenio expreſſum. Verũ quia eiuſdmodi Carmẽ etiam alijs rebus adhiberi ſolet, ſubnectendã alteram cenſuimus, concitatiorem quidem illam, ſed non minus ubiq; accommodam. Sit autem ex Naſone hoc exemplum.




PEntametrum in Elegiaco ob tot breueis ad finem ſyllabas minus gratum auribus accedit, niſi diſſyllaba dictio, in quam acutus accentus cadere, Et proinde muſica morula deponi queat, claudat uerſum. Idqúe anxie apud Ouidium huius generis principem obſeruatum uidemus, apud alios elegorum ſcriptores uſq; adeò neglectum, ut diſyllabum uerbum ad eius finem fugiſſe uideri poſſit. In Gaguini hercle forma Ouidianum carmen diſyllaba ad finem dictione optimè cõcinitur, alia non item. Itaq; nos in pernotanda harmonia penultimæ in Pentametro ſyllabæ dedimus longam notulam, quod neſcio ſuauius quid tinniat quàm breuis. Ad hũc fermè Modum & Heroica fingere licet, ſed erectiore animo atq; elatiore adeò uoce. Cæterum ego nullũ genus carminis tam difficile modulatu exiſtimo, atq; eſt Heroicum, homini non ad id nato. Ideoq; de eo certas dare præceptiones prorſus eſt difficile. Scriptis uero notis ea de re quicq; prodere muſicis rationibus, longe eſt difficilius. Neq; enim notulæ affectuum pingi poſſunt, cum poſſideant tẽpora inæqualia, Et ratio Trochaica ubique canentem occupat. Difficultas etiam haud parua naſcitur ex ſententia non certo loco, ut in plæriſq; alijs generibus, ſed ubi Poëtæ commodum fuit, finita. In uniuerſum uero hoc præcipi fortaſſis poterit, Adhibendam uidelicet ſummam diligentiam, ut Harmonia ſit apta rebus, quod cum in omni carmine pulchrum eſt, hic propè neceſſarium, alioquí uanam ſumes operam, & ante Plaudite Seſſor migrabit. Et mœſta hic habẽt locum, læta item, iracunda, grauia, & grauibus mixtim nonnunquã leuia, ut poſcit dicendorum materia. Ad Dorium autem Modum, quo ego cõſueui, decantatum Heroicum carmen, miram habet & Maieſtatem & grauitatem. Memini tamen Hermanum Buſchium, inſignem noſtra ætate Poëtam ad Ionicum cantare ſuam Floram, Carmen erat Heroicum de laudibus inclytæ Vrbis Agrippinæ, quo intra annos octingentos non puto quicq; conditum elegantius, quod & ipſi literarum Principi D. ERASMO aliquando uiſum fuit. Et ipſe etiam Buſchius illud idem carmen, ad eum quem dixi Modum non minus grauiter quàm eleganter decantauit coràm Vniuerſitate Agrippinenſi, Anno à Chriſto nato M. D. VIII. quem ego tunc adoleſcẽs uiginti annorum magna uoluptate audiui. Rarius Ionico uti ſoleo, Hypoionico aliquando, aut Ionico Hypoionicoq; commixtis.

De finitis in Mi cãtionibus.

HActenus de Re, primæ ſpeciei diateſſaron, diapente, ac diapaſon radice, ſiue finali chorda, exempla, qua potuimus breuitate, exhibuimus, Quanq; ea omnia cum Æolio plurimum participant, nempe quoties in b


clauí fa adpoſitum conſpicit Lector, quòd propé modum pro docte modulantis arbitrio mutari poteſt. Sequitur ut de Mi ſecundæ ſpeciei Trium dictarum conſonantiarum radice, pauca quædã in medium adducamus. Sed id uno aut altero exemplo faciundũ ſtatuimus, Quòd Phrygius Modus cum ſuo plagio religioſior eſt, quàm qui ubiq; adhiberi queat. Primũ itaq; exemplum generalẽ formam exhibebit: Alterum uariationẽ pro materia demõſtrabit. Eccleſiaſtici ſanè in Hymnis multa per mi finita cantica elegantiſſime inſtituerunt, partim in Authente, ut Pange lingua. Gaude uiſceribus mater, partim in Plagio: Vt Vrbs beata Hieruſalem. Salue feſta dies. A ſolis ortu cardine. Et generalis quidem forma hæc eſt.

Harmonia V. generis odarum Horatij ad Phrygium.




ATq; hæc eſt eius Carminis, ut dixi forma generalis ad Tetraſtrophẽ. Verum quod ad eam ſententia non perpetuo finitur ſatis ſcite fecerîmus, ſi totam aliquam oden Lectori cõtinenter ſub oculos proponam, ut deinde ſuopte adiutus ingenio, ac artis adminiculo fretus per ſe ipſe diſpiciat, quid facto opus ſit. Ego illud uero ita feci ac lubens.

Quintæ odes Horatij Harmonia ad Phrygium.



Simplex




De in Vt finitis Cantionibus,


DE duplici Vt, connexo ac diſiuncto, quorum alterum eſt συνημμένων alterum διεζευγμένων abũde ſuperiore libro diximus. Noſtra ætas aut non diſcriminat, aut ita diſcriminat, ut plus connexo utatur, alterum plærunq; confundat, Itaq; Ludionũ ac Cantorum uulgus in hoc ut diximus imitabimur, ac unius Ionici, nõ etiam Mixolydij exempla proponemus. Primũ dabimus Puero IESV apud Præceptorẽ noſtrum D. ERASMVM Roterodamũ Humano generi elegãtiſſime concionanti, atq; iure in illud merita exprobranti. Denicq; de ingratitudine eiuſdẽ expoſtulanti. ſed dũtaxat exordiũ, pponemus, reliqua Modi peritus facile per ſe ipſe inueniet. Hoc unum Lector ſciat, ſtudio nos feciſſe, ut clauſulas, quas uocãt, huius Modi nõnunq; in Re nõ in Vt finiuerimus, habet enim neſcio quo pacto pluſculũ gratiæ, etiãſi ſeptima incidat, q; cantus natura reſpuere uideẽt, qppe qui octauã deſyderet: ſed ea cantatu facilis eſt, ei qui Modis aſſueuerit.

Exordij


Exordij in Concione pueri IESV harmonia ad Ionicum.




Cũ mihi ſint uni bona, q̃ uel frõdea tell⁹, Vel olymp⁹ ingẽs cõtinet.



Dicite mortales, q̃ uos demẽtia cepit? Hæc aucupar' ut undé uis




Malitis, q̃ de ꝓprio depoſcere fonte, A deo benign', & ob ui o?



Mẽdaces ꝙ iuuet trepido, miſerõ ꝙ tumultu Vmbras bonorũ ꝓſequi?


AT hæc quidem ſimplex eſt formula, quæ ad Heroicum quoq; applicari poteſt. Meminerit autem Lector quæ huius libri Cap. 20. de Ionico diximus Trochaicis eſſe aptum. Cuius gratia duas eius generis formulas proponendas duximus. Alterã Trochaicam ad tetraſtrophen Trochaicorum dimetrorum quatuor habens genera Brachycatalecticum, Catalecticum, Acatalecticum, & Hypercatalecticum. Ode eſt pulcherrima de Beatiſſima Virgine Maria IESV matre, Cuius nos primos quatuor uerſus ponemus. Authorem ferunt Petrum Burrum Canonicum Ambianenſem.

Virgo




ALterã Trochaicam Iambicamq; duobus alternatim uerſibus incedentem. Priore dimetro Trochaico, altero Trimetro Iambico, utroque Catalectico, contra ſanè, atq; quidam noſtra ætate hæc carmina diſtinguere conati ſunt. Quale eſt hoc Horatij libro ſecũdo Carminum ode 18. Cui initio quidem Hypoionicum dabimus, poſteaq; uero inſurgere cepe rit, etiam Ionicum, ut ſit duorum Modorum connexio. Hic uero uerſus ferè in Vt finiuimus, qui tamen in medio ſæpe commode per Re finiri poterant ad canentis arbitrium, ut Modi natura nihilominus uere conſiſteret. Sed iam ipſum Horatium audiamus.


Ode Horatij ad Hypoionicum Ionicumque intonata Modos.




At fides,




At fides, & ingeni Benigna uen' eſt, pauperẽq; dĩues




Me petit, nihil ſupra Deos laceſſo, nec potente' amicum




Largi o ra fla gi to, Satis be a tus uni cis Sa bi nis.




Truditur di es di e, Nouęq; pergũt in te ri re Lunæ.



Tu ſecanda marmora, Locas ſub ipſũ funus & ſepulchri




Immemor ſtruis domos, Marisq; Baĳs obſtrepentis urges.




Sũmo uere li to ra, Parũ locuples continente ri pa.

HActenus de duorum Modorum commixtione, Cæterum in diapente Ionici, cui mox ſubnectatur diateſſaron, feſtiuiſſimum addemus exemplũ, in quo ſanè eius τὸ γλαφυρὸν, ut eſt apud Lucianum, perſpici poteſt. Ode eſt lib. 3. duodecima, ſaltationi ſimillima, in qua & Poëta riſum mouet, & uehementi Ironia Puellæ amores laudat, ut uideas nihil æquæ uituperari poſſe, Ea ſic habet.



SEd ſatis ſaltationum nunc eſt, Concludat hanc commentationem Sapphici Carminis Harmonia in eorundem Modorum cõmuni diapẽte, ſuperne tono, inferne ſemitonio minore adiectis ad hanc formam.

Ex prudentio



ITaq; abſoluto nunc hoc libro de cantu, ut uulgo appellant, plano, egrediar bonis auibus ad huius ætatis inuẽtum, nempe ad cantũ menſuralẽ, ut uocãt, ſed religioſe admodum, Nam quid faceres in re noua, ubi authorum ductu deſtitutus ſolum uſum ſpectare cogaris?

Dodecachordi libri. II finis

Henrichi

Henrichi Loriti Glareani, Patricij Claronenſis apud Heluetios, Dodecachordi, Liber III.

Prœmium.




VPerioribus duobus uoluminibus ſatis ſuperq́, ut puto copioſe tractauimus de cantu plano, qui, quod ad notulas attinet, ſimplex ac uniformis eſt. Sequitur ut nunc ſuo ordine de uario etiam cantu, qui multarum ſpecierum eſt, diſſeramus. Scio autem dubitari uehementer etiamnum hac ætate inter eximie doctos uiros, fueritne apd ueteres huiuſmodi, quam nūc traditurí ſumus, muſice, cum apud nullum, quod equidem ſciam authorem ueterem quicquam huius cantus inueniatur. Multo minus etiam uidetur quibuſdam quatuor pluriúmue uocum concentus olim in uſu fuiſſe. Nam hoc conſtat, ſi ad lyram canebat Citharædus, unam quidem uocem unus cantabat, Sin multi, et illi unam cantabant, niſi ἀμοιβαῖον eſſet. At contra uiſum eſt alijs, plurium uocum utiq; aliquem fuiſſe apud ueteres uſum: Quorſum enim alioqui attinebat tanta de cōſonantijs præcepta ſcriptis prodere? Athenæus item libro 14. ubi de Pythagoræ Zacynthij Tripode diſſerit, modulatum illum ita Baſin ait alteramq́ uocem ac acutam, ut ſi quis non uiſu ſed auditu tantū iudicaſſet, omnino trium Cithara canentium uocem optime diſcretam exiſtimaſſet. Vtcunq; res habet, certe negocium eſt hac ſaltem ratione nouum, quod nullos ueterum, quos imitemur, hic habeamus authores, ſed citra unius, ut puto, ſæculi annos non ad modum celebres uiros, quorum tamen pauci monimenta alicuius momēti nobis reliquerunt, Vt propè unus Franchinus, uir perpetua memoria digniſſimus hic regnet. Et quanquam ipſe quoſdam, quibus multum tribuit allegat, in noſtram tamen noticiam illi non peruenerunt. Certe noſtra tempeſtate Cantores & uocum moderatores, (quos quidam Symphoniſtas, Nos Symphonetas, Quintilianus Phonaſcos, quanq̄ nō prorſus huius generis ut ſuperiore libro diximus, uulgus compoſitores uocāt) ut quiſq; in hac arte doctiſſimus eſt, ita plærunq; in alijs diſciplinis infantiſſimus, Id quod contumeliæ cauſa nequaquā à me dictum intelligi uolo. Neq; uero omnia poſſumus omnes, puto enim non nihil eſſe, ſi quis quatuor uoces docte coniungere ualeat, Sed eò hæc pertinent, ut manifeſtius

fiat, quam prorſus nemo ſit hoc in negocio, cuius opera uti potuerimus, præter unum Franchinū. Adiuuit nos & in hac re inſignis noſtra tēpeſtate Theologus, Ioannes Coclæus, olim in Muſicis præceptor noſter, uir omni laude digniſſimus. Itaq; ea dūntaxat, quæ huius ſunt cantus in maximo uſu, tractanda deſumpſimus, breuiſſimeq; uelut compendio recenſenda. Nam ſi pergam, quas Franchinus refert multorum muſicorum opiniones, enarrare, res nuſquam finem ſortietur. Quare magis elaborandū exiſtimaui, ut rem diffuſe traditam, in certos quoſdam canonas conſtringerē, tantum abeſt ut dilatare nullo Lectoris uſu in amplum uelim. quanquam hoc illo longe facilius factu erat. Danda etiam nouis uerbis uenia, quam nulli negatam credimus, quotquot unq̄ res nouas tractare aggreſſi ſunt. Sed nunc procemij ſatis eſt, Rem ipſam bonis auibus ordiamur.

De notarum figuris,

Caput I.

SEptem ſunt, quibus frequenter hoc in cantu utimur, notarum figuræ. Maxima, quæ quadrato quidem, ſed altera parte longiore corpore pingitur, à dextris uel aſcendentem habens caudam uel deſcendē tem. Longa, quæ uere quadrato corpore, ac item à dextris uel aſcendente uel deſcendente cauda deſcribitur. Breuis, nota item quadrata, ſed abſq; cauda. Semibreuis, quę forma Rhombi uulgo pingitur, olim triangula ſecto per diametrum quadrato. Minima, quæ ſemibreui caudā uel aſcendentem uel deſcendentem apponit. His quinq; ſunt uſi ante dimidiatum ſæculum: Quidam eas eſſentiales uocāt, quod duplicem ſortitæ ſint diuiſionem, nunc per duo, nunc per tria, ut poſtea declarabimus. His additæ ſunt à poſteris duæ. Semiminima, quæ ut minima pingitur, ſed uel oppleto medio ſpacio, uel appoſito ſuperne unco. Fuſa, quæ pleno pingitur corpore, ut Semiminima, ſed colori uncum etiam addit, non colorata binos adijcit uncos. In his igitur extremis duabus ex æquo color atq; uncus dimidium tollunt. Organarij uero, alijq; plurimi qui inſtrumentis utuntur muſicis, etiam fuſam diuiſerunt, ut facerent octauam notarum figuram, quam ſemifuſam uocant quidam, Varieq; pingunt, maxime tamē altero adiecto unco fuſæ. Sed omnia ea perſequi non eſt huius negocij. Exempla hac deſcriptione perſpiciuntur.




Maxima. Lōga. Breuis. Semibreuis. Mīima. Semiminima. Fuſa. Semifuſa

De

De notarum ligaturis,

Caput II.

VT autem notulæ aptius uerborum ſyllabis cohærerent, aptarentuŕq́, inuentæ ſunt notarum colligationes, quas nũc ligaturas uocant. Sed hoc loco nimis longus eſt magnifica diuiſionum ambage Franchinus. Nos præceptorem noſtrum Ioannem Coclæum ſecuti, totum negotium in octo Canonas coniecimus de omnibus (ut uocãtur) ligaturis, quæ uſu ſunt receptæ, quæ enim his canonibus non cõpræhenduntur notulæ, breuibus haud dubie adſcribentur. Primus Canon. Nota (ſiue uno corpore lõgiuſcule obliquato, ac propè modũ quadro, ſiue binis, uere quadratis, ac gradatim cohærentibus corpuſculis ea fuerit) quæ à latere ſiniſtro habet caudam aſcendẽtem, ipſa cum ſequente ſemibreuis eſt, quod ideo factũ eſt, ne unica atq́ ſola eſſet ſemibreuis inter breueis, cum ſuapte forma Semibreuis non ligetur. Secundus, Nota quæ à latere ſiniſtro habet caudam deſcendentem, breuis eſt. Tertius. Omnis media breuis eſt. Ideóq́ longa in medio, ut Franchinus præcipit, non habet locũ, quanquam hoc quidam negligunt. Quartus. Prima carens cauda breuis eſt, ſcandente ſecunda. Quintus. Prima carens cauda, fit longa cadente ſecunda. Sextus. Vltima quadrata dependens ſit tibi longa. Septimus. Omnis nota à latere dextro caudã habens, longa eſt. Octauus. Maxima nulla quantitatis diuerſitate ligatur. Sed hæc exemplis ſubiectis clariora fient, ſimplicibus quidem illis, At non ita longe poſt ubi de VI uocum Muſicalium (ut uocant) deductionibus diſſeremus, multo copioſius exemplum eius rei ex Litauico Senflio Tigurino adducemus, ciue noſtro, qui noſtra ætate inter ſymphonetas eximium nomen, & Henrico Iſaaco ipſius Præceptore haud indignum, nactus eſt.



Exẽpla primi Caõnis. Secũdi. Tertij. Quarti.




Quinti. Sexti. Septimi. Octaui

De pauſis

Cap. III.

PAuſa eſt artificioſa uocis omiſſio. Ea autem inuenta eſt cùm ad cantantium quietem reſpirationemq́, tùm ad cantus ſuauitatẽ, ſcilicet ne perpetuus unius uocis Tenor obtunderet auditorem, ſed ut reficeretur auditus, ſenſus alioqui petulãtiſſimus. Quare non mediocrem iucunditatem adfert cantui, ſi ſuo inſeratur loco. Sed ne hoc quidem capite Franchinum prorſus ſequamur, non multum tamen abeſt traditio eius à Coclæi præceptis. Proprie ſex ſunt pauſæ, quas trãſuerſis hoc eſt à ſuperioribus deorſum ductis lineis per iacenteis in plano líneas pingunt, ſed inæqualibus tamen ſpacijs, Eas nunc proſequemur. Pauſa modi quatuor attingens líneas, triaq́ occupans ſpacia, longam perfectam ualet, ubi obiter notandum omnem perfectionem in muſicis ternario adſcribi, imperfectionem binario, quod in ſequentibus clarius indicabitur. Hic igitur longam perfectam uocamus, quæ tribus ualet breuibus, imperfectã, quæ duabus. Pauſa longa treis attingens lineas, duoq́ occupans ſpacia lõgam imperfectam ualet. Pauſa proprie de línea ad proximam ducta lineã, breui ęquiparatur. Semipauſam uocant à linea demiſſam ſiue deſcendentẽ ad medium dúntaxat ſpacij, ualet autem ſemibreui. Suſpirium contra appellant aſſurgentem ſiue aſcendentem ad mediũ ſpacij pauſam, quæ æquiualet minimę. Semiſuſpirium uncum ſuſpirio adijcit, ualetq́ ſemiminima, ſed hæc rara eſt. Cæterum contingit, ut ab initio cantilenæ ſemipauſa: ſæpius etiam in medio, quæ proprie pauſa dicitur, in omnibus cantilenæ uocibus ponãtur, idq́ hac de cauſa, quod ſæpe tempora non implent uulgata themata. Ideoq́ ne arguatur Symphonetes ignorantiæ tactus, huiuſcemodi pauſas ponit in omnibus cantilenæ partibus non abſq́ magna cantantium confuſione, quare ego quidem uel tollerem prorſus, uel in aliqua ſaltẽ uoce mutarem, uel alio ſigno pernotarem. eas muſici noſtri generaleis uocant: Nonnunquam ſemipauſa cum ſuſpirio (ſed ab initio) eodem modo generaliter in omnibus uocibus ponitur, ut in uernaculis cantilenis uidemus ſæpiuſcule. Deniq́ ad finem uocũ duæ lineæ, per omnia interualla ductæ adijciuntur, eæ quoq́ generalis pauſæ nomen habent. Eius rei hæc ſit deſcriptio.




Pauſa modi. Pauſa longa. Pauſa proprie. Semipauſa. Suſpiriũ. Semiſuſpiriũ. Generales.

De punctis,

De punctis Cap. IIII.

Punctum triplex eſt, quo frequentius quidem utimur. Diuiſionis, quod notulam nec auget, nec minuit ſed eam uel præcedenti uel ſequenti applicandam connumerandamq; indicat, pro perficienda ternaria in cantu diuiſione. Et hoc in cantu dúntaxat perfecto utimur, tantumq; pingitur, non etiam canitur. Perfectionis eſt alterum punctum, quod notulæ perfectæ poſtpoſitum eam perfectam conſeruat, quæ alioqui imperfici poterat, & hoc quoq; in perfectis tantum utimur, & uelut canitur. Additionis tertium, quod notulæ poſtponitur, dimidiũq; addit, hoc eſt, ex unica ſeſquialteram facit, quo in omni cantu utimur. Frãchinus augmentationis punctum uocat, quidam pefectionis puuctũ ſub eo cõpræhẽdũt, quippe q̃d nihil aliud quã hoc efficiat. Sed hæc ſint exempla.




Exemp. puncti diuiſionis. Perfectionis. Additionis.

HIc in priore diuiſionis puncti exẽplo uides ſemibreues pũcto diuiſas alterã breui præcedenti iunctã alterã ſequẽti. At in poſteriore, utrãq; ſemibreuem ab utriſq; ſeparatam breuibus. Ex hoc autem ſequitur (tanta uis eſt huius pũcti, quod in ſequentibus capitibus magis patebit) ut in priore exemplo duo ſint tãtum perfecta tempora, cum in poſteriore ſint tria. In puncti autem perfectionis exemplo ipſa breuis, cum imperficienda eſſet ab ſequenti ſemibreui, per pũcti præſentiam perfecta manet. Denicq; in additionis puncti exemplo uides, ut notula ſequens præcedentis dimidiũ eſt, ita prorſus de punctis intelligendum eſſe. Sunt autem & apud Franchinũ exempla copioſerem declarantia, quæ adſcribere non piguit.

Exemplum puncti diuiſionis


ex Franchino.



IN hoc tenore atq; adeo in prima notularum decade duæ ſunt breueis, quarum prior imperfecta fit propter ſequentem ſemibreuem, quod pū: ctum ſemibreui poſtpoſitum facit, Sequens autem imperficitur à præcedē te ſemibreui, atq; id quoq; ob punctū quod præcedit, ut ternaria perfectio obſeruetur. At punctum quod eam præcedit ſemibreuem, quæ proxime treis anteit breueis, innuit eam ſemibreuem ad tertiam breuium perferēdā, non ad primam, quia ſimilis an te ſimilē non imperficitur, ut poſtea dicet. Et quoties id fit, ſemper ad primam quāq; ſequentem, cui applicari poteſt refertur, nunquam ad præcedentem. Porro deinde inter duas ſemibreueis punctm ita eos ſeparat, ut alteram priori, alteram ſequenti breui annume= randas ſignificet. Quod autem hic de tempore exemplo docemus, hoc idē in modo, ac prolatione obſeruandum cenſemus. Perfectionis item puncti apud eun dem exemplum eſt, in quo & additionis, quod ipſe augmenti uo cat, ſpecies eſt.

Exemplum puncti perfectionis

ac additionis ex eodem.




IN hoc Tenore (inquit Franchinus) punctum adpoſitum primæ breui ipſam in ſua facit perfectione remanere, quæ niſi perficeretur à puncto, poſſet à tertia ſui parte ſcilicet à minima punctata cum ſubſequente ſemi= minima imperfici. Idemq; facit punctum appoſitum tertiæ breui. In ſigno autem temporis imperfecti C: puncta, dimidium earum notularum ſigni ficant, quas ſequuntur, ut antea dixinus. Diuiſionis itaq; ac perfectionis puncta imperfectis tantum pernotantur, additiones autem ubiq;. Sed de punctis pluſquam ſatis.


De modo,

De modo, tempore ac prolatione, Cap. V.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines, inquit Flaccus. Ita plane cantui ſuus quidam eſt modus. Hinc duplicem faciunt noſtri muſici, maiorem & minorem. Modus maior, inquiunt, eſt menſura longarum in maximis, Modus minor eſt menſura breuium in longis. At tempus eſt menſura Semibreuium in breuibus. Denique Prolatio eſt menſura minimarum in ſemibreuibus. Hæ ſpecies ſi ternario deducantur, perfectæ: ſi binario, imperfectæ dicuntur. Itaque modus maior perfectus treis longas in maxima continet: Imperfectus, duas. Minor autem modus perfectus treis breueis in longa: imperfectus, duas: Ita tempus perfectum treis ſemibreueis in breui: Imperfectum, duas. Denique prolatio perfecta treis minimas in ſemibreui: imperfecta, duas continet. Hæc autem per duo ac tria uariatio non eſt in poſteriorum notularum figuris. quippe quæ binario dúntaxat ducuntur, Sed in quinque tantum, quas ſupra eſſentiales à muſicis uocatas diximus. Sed huius rei, cum ſignis adeò, hæc eſt deſcriptio.



Modus maior. Perfectus. Eius Signum. Modus maior imperfectus. Modus minor perfectus. Eius Signũ. Modus minor imperfectus.



Tempus Perfectũ. Signa tẽporis pfecti. Tẽpus Imperfectũ. Signa tẽporis impfecti. Prolatio Perfecta. Signa plationis perfectæ. Prolatio Impfecta.

De Signis, Cap. VI.

POrrò ut in cantu iam dicte modi, temporis ac prolationis noſcerẽt ſpecies, ſigna à muſicis inuenta ſunt ad commonſtrandas perfectiones imperfectioneſq; Frãchinus Signa modi maioris ac perfecti, binas lineas, per terna ſpacia ductas, plerũq; initio cantilenarũ ante circulum poſitas, minoris uero et perfecti, unicã per tria ſpacia ductã, eodẽ ante circulum poſitu nobis exhibuit. Eundem autem modum maiorem, imperfectum, ſola notulæ maximæ: minorem uero longæ figura, nullis

initio

initio cantilenarum ductis pauſis, hoc eſt, (ut ſimplicius dicamus) ſignorum abſentia, ut de prolatione patebit, ſignificari. Cæterum tempus perfectum circuli integri: imperfectum ſemicirculi deſcriptione pernotari. Deniq; prolationem perfectam puncto, circulo inſcripto: imperfectam abſentia puncti manifeſtari. Ita ut ſemibreuis notæ rationem, punctum obtineat, ut minimi hoc in negocio elemẽti: breuis, circulus: Longæ maximæq;, linea recta finita: ſcilicet ut etiam in cantu, ſua modus finitione conſtet. Nec minus apte tempus: circulo notatur, ut quod ex circulari motu naſcatur. Et hæc quidem opinio placet. Quanquam, ut ingenue, quod res eſt, fatear, hoc negocium propemodum arbitrarium eſt uulgo cantoribus, ac ueterum authoritate prorſus deſtitutum. Ideoq; aliorum opiniones multis percurrere, non uidetur operæ precium. Sunt enim qui, quoties numerus circulo additur: non tempus, ſed modum per circulum: ac porrò per numerum tempus ſignificari uelint. Hi itaq; perfectum circulum cum ternario O3 modi perfecti, ac item temporis perfecti ſigna exhibẽt. At perfectum circulum cum binario O2 perfecti quidem modi, at imperfecti temporis eſſe notas. Poſtremo ſemicirculo ac binario C2, & modũ & tempus imperfecta uideri. Verum, utriuſnam modi, hoc ipſum non diſcriminãt, cum ueteres aſſerant, eodem Franchino authore, modos alterum ab altero nunquam, uel perfici uel imperfici. Quod haud ſcio an ita perpetuo obſeruatum ſit. Mihi quidem uidetur modus ille maior perfectus in raro eſſe uſu, quemadmodum & ipſa maxima non admodum frequenti. Ideoq; minus de eo curaſſe muſicos. Sunt qui binos ad circulum apponant numeros, circulo denotante modum maiorem, priore uero numero minorem, poſteriore deniq; tẽpus: Eaq; omnia perfecta imperfectaq; ut circulus uel pfectus eſt, uel impfectus, ac itẽ numerus, Vel ternarius uel binari9. Vt ſi ad circulũ pfectũ adijcias bis ternarium hoc pacto O33, modos utrũq; perfectos, ac item tẽpus perfectũ aiunt deſignari. Semicirculo autem cum duobus adiunctis binarijs omnia imperfecta ad hunc modum C22. Atq; hæc itẽ mixte. O32: O23: O22: C33: C32: C23. Quę opinio, ſi recepta eſſet, ſumme placeret. Verum prolationem neceſſum erat, tum circulo modi inſcribi, quæ nunc temporis circulo inſcribitur. At Franchini opinio, de qua paulo ante, magis nunc recepta eſt: Vt maior modus perfectus nobis indicetur binis lineis initio cãtilenarum ante circulum ſemicirculúmue deſcriptis, quæ terna occupent ſpacia: Imperfectus uero earundem abſentia: Minor item modus perfectus unica eodem pacto ducta linea, abſentia uero eiuſdem lineæ, imperfectus manifeſtetur, Ita tempus perfectum, perfecto circulo: imperfectum Semicirculo, hoc eſt, cui dempta eſt tertia pars, ſignificetur. Poſtremo prolatio perfecta puncti præſentia: imperfecta eiuſdem puncti abſentia declaretur. Vbi uides et in imperfecto modo et in

imperfecta

imperfecta eiuſdē puncti abſentia declaret. Vbi uides & in imperfecto modo & in imperfecta prolatione abſentiā aliquid efficere, at in imperfecto tēpore, ſemicirculum pro circuli abſentia poſitū. Ad hęc item implicita quędam ſigna uocant Muſici: Et perfecti quidem modi, ſi ternas alicubi in cāntu longas, uel eis æquialēteis denigratas inueniamus: Temporis uero perfecti, ternas breueis coloratas, ſiue binas ſemipauſas ſimul poſitas reperiamus. Deniq; prolationis perfectæ, ſi ternas ſemibreueis denigratas, aut bina ſuſpiria ſimul poſita conſpicias. Tale profecto ſignum modorum eſt apud Franchinum uidelicet lineæ per terna ductæ ſpacia. Neq; enim ullum explicitum, quod uocant, aliud modi ſignum ille exhibuit. Quanquā hoc diſcrimine, ut quoties hæ pauſæ ſint modi indicialia ſigna (ut ipſe loquit) tum ponendas eſſe initio cantus ante circulum, temporis ſignum: quoties autem ueræ pauſæ, uidelicet quæ innuant aliquandiu tacendum eſſe in cāntu, tum uero in medio ponendas. At ego exiſtimo pauſas per terna ductas ſpacia modi perfecti certa eſſe ſigna ſiue initio, ſiue in medio ponantur, propterea quod non licet uſpiam alibi ita pingere. At ſi ante circulum initio poſitas inueniamus, nō eſſentialiter pauſas, ſed indicialiter eſſe, ut idē aſſerit. Sed horū ſignorum rude dúntaxat indicium ponamus, cū ex cantibus perfectorum modorū temporis ac prolationis hęc multo luculēitus uideātur.



Modi perfecti Implicita ſigna. Tēporis perfecti. Prolationis pfectæ.


De tactu ſiue cantandi menſura

Caput VII.

HÆc de Modo, Tempore ac prolatione, eorū q; ſignis. Sed ut in poēmatis non parum lucis adfert decora carminis cæſura, multum etiam ornatus luculenta arſis ac theſis, ita in hoc cantu, ſi defuerit cōcinna uocum menſura, & in cantantium cœtu æqua omnium acceleratio, mira ſit confuſio oportet, nunc igitur de cantus menſura, quem tactum uocant, nobis differendum. Quibuſdam autem placet, ut temporis potiſſimum rationem habeamus in metiendo cantu, quando ipſum mediū eſt inter modum prolationem q;, uelut ſol inter Planetas, ad cuius quidem curſum anni tempora metimur. Horum opinionem ætas ſuperior ſecuta eſt, & adhuc magna Germaniæ pōrtio: Ita tactus fieret ad breuis quātitatem. Quanquam in tempore perfecto, etiam qui hanc ſequūtur opinionem, non treis ſemibreueis uno tactu, ſed binariam obſeruant diuiſionē, ſæpius menſura ad amuſſim non congruente. Quapropter alij menſuram

ad prola-

HÆc autem miſceri, multis modis contingit. Sed unam dúntaxat formã proponere placuit, quæ uſu maxime recepta eſt, Nã, qui uolet, ex his facile alia miſcebit, quanꝯ haud ſcio liceátne pro arbitrio cuiusꝙ hæc fieri, ego certe, ut quorũdam moroſitatem odi, ita hac quoꝙ parte receptis ſemel, uti uelim. Sunt autem in ea omnia imperfecta, uno excepto tẽpore.




O


De augmentatione diminuti one ac ſemiditate, Caput VIII.

COnſueuerunt autem Muſici ad unam dúntaxat Cãtilenæ partem ponere, uel circulum, uel ſemicirculum cum puncto ſic ⊙ ☾ ac tunc uocare augmentationem. Nam ſic minima ualet ſemibreui, ſemibreuis perfecta tribus ſemibreuibus. At ſi hęc ſigna omnibus cantilenæ partibus apponãtur, prolatio perfecta eſt, quæ nunc in raro uſu eſt. Paucitas itaqꝫ notularum in una aliqua partium cantilenæ, ſatis innuit augmẽtationem. Quo modo Iacobus Hobrecht Tenorẽ inſtituit Miſſæ, Si dedero, nõ uno tantum ſigno, ſed uariꝭs uariegatum modis. Et Iuſquin in Miſſa. Lomme arme ſuper uoces muſicaleis. Quidam talem augmentationem aiunt potius maiorem prolationem nominandam, non abſque iam dictæ opinionis reprehenſione. Verum cum negociũ ſit nouum, nec ueteribus fultum ſcriptoribus, inter ſe cõtendant, per me licebit, qui uelint, neqꝫ enim hæc, ut mea, doceo, ſed ut aliorum præcepta. Quę ſi omnia enarrare exemplis coner, res finem non reperiat. Quare quod ad augmentationem attinet, ad cantores lectorem remittimus. Quoties aũt uolunt Muſici tactu feſtinãdum eſſe, quod tum faciundum cenſent, cum auditũ iam fatigatum putant, ut ſcilicet faſtidium tollant, lineam per circulum uel ſemicirculum deorſum ducunt ſic ⌽ ☾ atqꝫ hoc quidem Pathos diminutionẽ uocant, non quod notularũ aut ualor, aut numerus diminuatur, ſed quod

ad prolationem referunt, ut totius huius negotij elementum. Quem modū magna Galliæ pars obſeruat, & hercle addiſcentibus eſt expeditior. Ita tactus fiet ad ſemibreuis menſuram: Sed & hic in prolatione perfecta, eadem uariatio accidet, quam prioribus in perfecto tempore obuenire diximus. Quæ omnia longius proſequi, ut non eſt neceſſe, ita nec magnæ utilitatis fuerit. Præſtiterit fortaſſe, ut lectorem obiter admoneamus, tactum menſurámue maxime cognoſci reſolutione, quæ fieri potiſſimum habet inſpectione modi, temporis, ac prolationis. Nam perfectio ubiq; per tria, Imperfectio per duo diuiditur: Cõmixtio autem fit uarijs modis. Vt ſi ſint omnia perfecta, ſit hæc deſcriptio, quæ uel nunquam, uel rariſſime uſu uenit.




SIn omnia imperfecta erunt, quod uulgatiſſimum eſt, erit hęc deſcriptio, cui omnia deſunt ſigna, excepto ſemicirculo, cuius præſentia in tempore tantū facit, quantū in modo & prolatione pauſarum punctiq; abſentia.



Hæc

tactus fiat uelocior, Ita quidam Symphonetę ad primum Kyrie perfectum circulum abſq; linea apponunt ○. Chriſte ſemicirculum cum uirgula ¢. Ad ultimū Kyrie rurſus circulum, ſed cum lineola ϕ, ne uideantur ad cantus initia rediiſſe. Sed Diminutionis exemplum tale eſt ex Franchino.



CÆterum in his quoq; ſignis O 3 C 3 noſtra ætas tactus diminutionem nimis licenter uſurpauit, ut treis ſemibreueis uno tactu, magnifico quidem illo, & auguſtiore numerentur: Vulgus cantorum nunc triplã improprie uocat, quippe quæ ad nullas unas notulas comparationem habeat, ut poſcit tripla Ratio, ſed in quatuor uocibus ęquo ualore incedit. Eã ego Trochaicam dicere malim, quanq; Iambum ſæpe in concluſionibus habet, & Tribrachyn, ut duobus his pedibus cõmunem. Porrò eandẽ huius tempeſtatis Muſici ad finem Cantuum: Et in terra pax. Item. Patrẽ omnipotentem, atq; Agnus Dei, ſępiſſime adnectunt. Sunt qui abſq; ſigno omnes denigrant notulas, quidam etiam denigrant cum ſigno, multi Hemioliam falſo putant, cum Hemiolia uere ſit ſeſquialtera. Triplæ nomẽ ea diminutio inde haud dubie obtinuit, quod treis una menſura, hoc eſt uno tactu habeat ſemibreueis. Quidam hanc unico dúntaxat ternarij Charactere præpoſito innuunt, qui à Franchino recte reprehẽduntur. Quidam ſuper ternario circulum pingunt hoc modo ⊙, ſignificantes temporis perfecti rationem eſſe, ſed tactus celeritate imminutam, quod numerus, ut aiunt, circulo additus diminutionem ſignificet. Quidam etiam in ſeſquialtera ratione, quoties ea in minimis obuenit, ſemicirculum cum ternario C 3 pingunt, qui non minus reprehendendi ſunt, quam qui triplam uno ternario pingere conſueuêre. Tanti errores implicant præceptionum, aliter

apud


apud alios ordinatis ſignis, ut nec, quæ modi, temporis, prolationisue indicia apud quoſdam, nec quod cuiq; ex his tribus uere adnjciendum coniungendumq;, in tanta nouitate, nõ rerum modo, ſed etiam authorum digerere poſſis. Diminutio igit̃, tum in perfecto, tum in imperfecto eſt tẽpore. Semiditas uero, ut uocant in tempore dũtaxat imperfecto fieri habet, Sint enim uoces, quarum altera ſemicirculũ abſq; lineola C: altera cum lineola habeat ¢: notulæ in priore ſigno dimidio maiores alteris habebuntur. Id quod Hobrecht in Miſſa, Si dedero, obſeruauit. Quidã eandem rationem in his ſignis ○ Φ obſeruant. Porrò augmentatio diminutioq; etiam canone præſcripto fieri poſſunt, quo immodice muſici huius ætatis utuntur, ſæpe etiam ineptis atq; obſcuris Sphingos ænigmatis, quæ præter œdipum intelliget nemo. Vt ſi quis præſcribat cantilenæ, Sit breuis lõga, uel contra, ſit longa breuis, & in alijs ſimiliter. Item, clama ne ceſſes, pro, omitte pauſas. Illa uero Diminutio augmentatioq; quæ fieri habet per proportiones, ut poſtea docebimus, hæc demum doctis auribus digna, utpote quæ ſub indubitatam artis præceptionem cadat,

De notarum imperfectione,

Caput IX.

OMnis perfectio in muſicis, ut antea ſæpe diximus, ternario cõſtat. Verum ab ea deficere bifariam contingit, uel notæ alicuius abundantia uel defectu. Cum ſuperfluit nota, maiorum aliqua minuenda eſt, ut minor quoq; in numerum ternarium ueniat, atq; ita fit imperfectio. Cum autem notula deficit, ex duabus præſentibus altera, nempe ſecunda duplãda eſt, ac ſic fit alteratio, de qua paulò poſt dicemus. Eſt itaque imperfectio notæ perfectæ in ternario deprædatio. Ea in ſignis tantum perfectis fieri habet. Nam quæ imperfecta ſunt antea, qui poſſunt imperfici? De quinq; igitur notis primis, quas quidam eſſentiales uocant, maxima imperficitur tantum, minima imperficit tantum, at Lõga, Breuis & ſemibreuis tum imperficiunt, tum imperficiuntur. Et neq; maior minorem, neq; æqualis æqualem imperficere poteſt, ſed minor maiorem, cum ab anteriore, tum à poſteriore parte. Idq; perpetuo, niſi pũctus diuiſionis impediat. Verum de imperfectione hæc maxime utilis exiſtimatur cautio. Si minor notula maiorem ſequatur, ſe ipſa tollet de maiore, ſi punctus nõ impedierit. Exempli gratia. Si breuis longã ſequatur, breuis ſe ipſa tollet. Hoc eſt, Lõga quæ antea tribus breuibus ualebat, iam ualebit duabus. Rurſus ſi longam ſemibreuis ſequatur, ipſa ſe tollet, ut exempli cauſa. Quæ longa & modo & tempore perfecta, nouem ſemibreuibus ualebat, ſi ſequatur ſe-


mibreuis, iam octo ualebit. Item quæ longa, modo quidē imperfecta, tempore uero perfecta, ualebat ſex ſemibreuibus, ſequēte certe ſemibreui, quinque dúntaxat ualebit, ſi punctus non impedierit. Ita ſi breuem ſequatur ſemibreuis, quę antea ualebat tribus ſemibreuibus, iam ualebit duabus, non impediente puncto. In prolatione perfecta inter ſemibreuem ac minimam eodem iudicandū modo. Sed ipſius imperfectionis aliquot exempla ſubij cere placuit, ut res aliquantum obſcura clarius pateſcat. Eſt autem modi minoris perfecti, temporis item perfecti, ac perfectæ quoq; prolationis exexemplum hoc ex Franchino.



IN hoc tenore prima breuis imperficit ſequentem longam ab anteriore parte, tertia ualoris portione. Prima autem ſemibreuis à poſteriore parte


ſecundam

ſecundam breuem imperficit tertia itidem ualoris portione: quemadmodum & duæ minimæ quartam breuem imperficiunt perinde atq; unà ſequeretur ſemibreuis. Et longa ſecunda à ſequenti breui tertia parte. Conſimili modo prima breuis poſt ſignum perfectę prolationis à proxima ſemibreui, quæ tamẽ ipſa quoq; à poſteriore minima tertia parte imperficitur. Ad hæc Franchinus imperfectionem & ab anteriore parte & à poſteriore fieri contendit, nec in diuerſis tantum ſed eadem nonnunquam notula, ut in longa perfecta à duabus ſemibreuibus, altera antecedente, ſequente altera. Idem in perfecta prolatione in breui à duabus minimis circundata intelligendum. Cuius exemplum ipſe tale ponit.




IN hoc itaque exemplo oſtenditur quo pacto notulæ anteriore poſterioreq; parte imperficiantur. Prima nanque longa, cum nouem ſemibreuibus inſtituta ſit, utpote in modo minore perfecto, tempore item perfecto, tamen ſeptem dũtaxat ualet ſemibreuibus, Eodem dicendum modo de prima breui poſt ſignum perfectæ prolationis. At rurſus ſecunda longa manet perfecta. Similis enim ante ſimilem imperfici non poteſt. Tertia autem longa imperficitur tertia parte ab breui, quæ quidem & ipſa imperficitur à ſequente ſemibreui. Igitur ipſa longa ſex ſemibreuibus, Breuis autem duabus ualet. Si tamen longa in imperfecto modo, tempore autem perfecto duas habeat ſemibreueis uel antecedenteis uel conſequẽtes, ſiue eæ ſim-

plices ſiue diſiunctæ ſiue colligatæ fuerint, prior priorem imperficit partem, ſequens ſequentem. Sed id punctus diuiſionis optime diſcernet, et uocum cõſonantia ſatis indicabit ingenio non omnino ſtupido, Neq; enim uocum moderatores omnia hæc ad amuſſim obſeruant, ut uere opinionum Syluam hic dixeris. Tria itaque ſunt, quæ imperfectionem indicant. Primum de quo initio huius capitis diximus, ſi notula abundauerit. Alterum diuiſionis punctum, quemadmodum exempla ſuperius ſatis oſtenduint, cum de punctis dicebamus. Tertium color, de quo paucula dicenda ſunt. Color itaq; in perfectis quidem tertiam tollit partem, in imperfectis autem, quantum ad treis attinet notas, ſongam, breuem, atq; ſemibreuem, quartam, niſi breuis cum ſemibreui ponatur, tunc enim ſemibreuis minimæ æquiparatur. quãquam puto olim breuem ac ſemibreuem uere Hemiolia ratione ac Trochaica, ſic inſtitutas, Nam & eam nigrore ita pingunt abſq; numero, quod poſtea de proportionibus nobis explicabitur. Porrò in perfectis quoties color interuenit, ſæpe in minoribus ſola reductio comprobatur, non ualoris imminutio, nec uero coloratarum cõtinuatio, ut ita dicam, ſemper requiritur, modo reductionis uera ſit ſecundũ ternarium Ratio. Cuius Franchini hoc eſt exemplum.



Atin


AT in imperfectis color quartam ut diximus partem demit, niſi in minimis ac ijs quæ eas ſequuntur. Huius rei, quia ubiq; in cantibus obuia ſunt exempla compoſitionum, nudam proponere placuit deſcriptionem, ſimplicem primum deinde coloratam.



De alteratione,

Caput X.

ALterationem hic uocamus notulæ duplicationem in ualore. Ad eam inſtituendam coacti ſunt Muſici hac potiſſimum de cauſa. q̃d ſimilis ante ſimilem non poteſt imperfici: quapropter neceſſe fuit, ut aut aliam notulæ formam inuenirent, aut inuentam duplam facerent, ut ternaria ratio modo tempore ac prolatione conſtaret. Neque enim uſquam eſt alteratio, quàm in perfectis. Quare quoties in modo perfecto duæ breues, aut in tẽpore perfecto duæ ſemibreues, aut in perfecta prolatione duæ minimæ ultra ternarium numerum ſuperfluunt, nec ulla reductione imperfectionis impediuntur, ſecũda perpetuo duplatur, non prima. Id autem punctum diuiſionis ſæpius indicat. Porrò neque pauſæ alterantur, neque figuræ minutiores. Sed huius rei exemplum eſt ex eodem Franchino.




IN hoc Tenore perfectus eſt modus, perfectumq; tempus, Itaq; ſecunda breuis duplicatur ualetq; ſex ſemibreuibus, ita quarta, ita ſexta, pro quibus nequaq; licebit ponere longam. Ea enim quod ante ſimilem obueniſſet, neutiq; imperfici potuiſſet, quippe quæ non duabus ſed tribus ualuiſſet breuibus. Conſimili modo ſemibreuis ſecunda dupla eſt, quarta, ſexta, octaua, decima, atq; duodecima. Deniq; eodem pacto iudicandum de ſecunda minima, quæ ſignum perfectæ prolationis ſequitur, ualet enim duabus minimis, ut & quarta & ſexta. Sed de hac nunc ſatis ſuperq; dictum puto. Franchinus quædã præterea addit, de duabus remotis partibus iam imperfectam ſequentibus, ſed non alteratis, iam perfectam, alterata altera. Item quare ſecunda, non prior alteretur. Quæ longius proſequi non eſt uiſum operæ precium. Non enim fieri poteſt, ut qui hæc quæ diximus, cognita habuerit, ea quæ quotidiano uſu obuenient, non optime ꝓſpecta ſit habiturus.

De Syncope

De Syncope & de huius nouæ in

ſtitutionis diuerſitate querela cum exemplis ad eam rem oſtendendam opportunis. Deniq; de Sex uocum Muſicaliũ deductionibus exempla, Cap. XI.

SYncopen uocant, quoties notulæ minores per maiores ſeparatæ ad ſeſe inuicem reducuntur. Ea cantui ualde familiaris, magnam uenuſtatem adfert ſi quis recte ea utatur, maxime autem in duarum uocum colluſione adhibetur cum magna aurium uoluptate, ſed nõ minus in tribus pluribuſq; uocibus. Huius multa dare uel præcepta uel exempla, non eſt neceſſe, quando ubiq; obuia & nemini ignota. Cauendum tamen in ea ne notarum ſeparatio ſit inepta, quod nempe fit, ſi uel nimis longa, uel per pauſas differat, aut per nimis magnas notulas, ut minimas per longas, aut breuis pauſam. Sed quotidiana conſuetudo hæc omnia clariora faciet. Vnicum exemplum adponere placuit.



Meminit

MEminit & Franchinus eius rei. Verum quæ hactenus præcepta ſunt tradita, in mera primorum ac Procerũ huius artis uoluntate, ut commodiſſimum illis uiſum fuit, conſtiterunt, nec tamen inter eos quiſquã adhuc tantæ fuit authoritatis, ut merito unius eius ſententiæ ſtaretur, q̃d cum paſſim uidere liceat, editis tot de hac muſica à L. annis libellis, Tum exemplis id latius patere poterit eruditiſſimorum uirorum, qui non eodem pacto Modi, Temporis ac Prolationis ſigna obſeruauere, ut de alijs taceamus. Id nos, antequam ad Proportiones, certum ac indubitatum negocium & naturæ limitibus, non ingeniorũ arbitrio definitum, deſcendamus, nunc paucis aperiemus. Sanè apud Franchinum, unicum huius nouę preceptionis lumẽ, diuerſas Muſicorum ſententias uidere licet, quas ut hic denuo poſt eum recenſeamus, non eſt uiſum nobis neceſſe. Dicta quæ ipſe iam recepta ait, uideamus. Et primum quidem. Quid attinet Diminutionis tot ſigna ponere? Vt Numerũ binarium Circulo Semicirculóue poſtpoſitum. Item uirgulam per circulum ſemicirculúmue perpendiculo ductam: Deniq; hemicyclum inuerſum, Tria hæc, præter proportionem duplam faciunt diminutionis ſigna. Ac proinde, ubi ad diminutionem oſtẽdendam ſuffecerant duo hæc ſigna Cac ¢, ipſi duas alias comparationes faciunt Cac C2. Item ¢ac). Quo ultimo hoc uſus eſt Iodocus à Prato in calce Patrẽ, in Miſſa Lom' arme VI. Toni. Rurſus ¢ac ¢2 in Qui tollis, Miſſę ſuper Fortuna. Duorum primorum paſſim exempla reperias. Quidam Modi nulla habent ſigna præter pauſas per terna ductas ſpacia, quẽadmodum ſupra diximus. Alij Trochaicam rationem ſimplici ternario indicãt. Alij hoc ſigno ¢3. Iodocus fermè circulo integro, cui ſubijcit ternarium, quam rationem, & nos aliquando ſequimur. Cæterum Triplam, Hemioliam, ac Trochaicam formam multi diſtinguere, imò diſcernere nequeũt. Cum Tripla ad Hemioliam, in celeritatis ratione ſit dupla. At Trochaicæ, & alia menſura, & alia canendi formula, longe à Tripla atq; ab Hemiolia diſtincta. Semiditatem Franchinus longe à Diminutione ſeiungit. At alij id diſcriminis neſciunt, qui diminutionem ad notularum ualorem reuocant, quam Franchinus ad ſolam Tactus rationem retulit. Quidã omnia hæc miſcent, & Cantores Ænigmatis uexant, ut non niſi ex unica Harmonia, nec niſi ab exercitatis negocium intelligi queat. Quid dicam de Imperfectione? Quando Franchinus ſimilem ante ſimilem nullo pacto imperfici uelit. Idq; tam anxie doceat. At quoties hoc non uulgares modo negligunt, ſed Cantorum uelut Imperator Iodocus à Prato ſæpiſſime? Quæ ſi exemplis declarare coner, parum memor fuero inſtituti mei, quod de duodecim Modis explicandis ſuſceptum eſt, non de uniuerſa muſica ratione narrãda. Hic aliquot dũntaxat cantilenas adponere placuit, ex quibus Lector uideat, quam licentioſe Prolationem, Tempus, Diminutionem, ſiue


per colores,

per colores, ſiue per ſigna corrumpant, aut confundant uerius, ut planè laterem lauem, ſi omnia ea proſequi, diſtinguere, ac definire uelim. Tria exempla erunt, Quorum primum Hypodorij Modi Tenorem habet, & bifariam quaternis regionibus pernotatum eſt. Semel triplici prolatione uidelicet integra, diminuta, ac proportionata: Iterum triplici tempore, integro, diminuto ac proportionato. Id ita diſcriminauit Sebaldus Heiden. Cuius libro primo meminimus. Secundum exemplum eſt Ioannis Ghiſelin: In quo Seſquialterã Triplamq; æquauit his ſignis ☉ & ○. Quod utique intelligitur. Verum quod eas ambas Trochaicæ rationi adplicuerit, Idq; duplici pernotatione, uidelicet Prolationis formula in Tenore, Tẽporis autem in Baſi, id uero eſt quod licentia factum Symphonetæ forte dicere poſſemus. Verum res non eſt tanti. Tenor Hypodorij Modi eſt, ut præcedens. Tertium exemplum trium uocum eſt, nimia, quantum ego iudico, licentia & triplæ & Hemioliæ & Trochaicæ rationis confuſione: Triplam ac Hemioliam excuſant ☉ ac ○: Alia non item. Sed diutius, quàm oportuit, huic nouæ rei immoror, audiamus nunc, quas diximus, cantiones.


Primum

Dodecachordi Primum


CAN.




Integra Prolatio Diminuta prolatio



Proportionata Prolatio




Tempus integrum Diminutum




Proportionatum


TEN.




Integra prolatio, Diminuta, Propor=



tionata




Tempus integrum, Diminutum Pro




portionatum

Exemplum.


Exemplum.


ALT.
Integra prolatio
Diminuta
prolatio
Proportionata prolatio
Tempus integrum
Diminutum
Proportionatum
BAS.
Integra prolatio,
Diminuta,
Proportionata
Tempus integrum
Diminutum
Proportionatum


Dodecachordi
Secundum exemplum.



Ioannes Ghiſelin author.




Tertium exemplum.




Dodecachordi Deductiones.


SEd utinam uideamus aliquando huius diuerſitatis finem. Nũc ut inci-
pientibus quoq; Tyronibus cõſulamus, Sex uocũ deductionũ, quas fi
cto uocabulo à tribus uocibus Solmiſatiões uocãt, faciliora ex diuerſis au-
thorib. adferemus exẽpla. Primũ ex Rhauo, q̃ noſtra ætate de Muſica hac
ſcripſit. In q̃ Tenor ac Baſis Mixolydij habẽt diapaſon. Id eſt eiuſmodi.




SI Deꝰ p nobis qs cõtra nos? qs cõtra nos? Sit nomẽ Dñi bñdictũ



SEd libet rurſus ad Iodoci Pratẽſis exempla, ut doctiora ac animo meo
ſemper arridẽtia defugere, Quę haud ſcio ſtudióne ita inſtituerit, an ca-
ſu, ut magnis illis ingenijs ſæpiuſcule accidere ſolet. In Miſſa igitur Lõme
arme VI. Toni Benedictus ita intonat.




BEnedictus qui ue nit.



BEnedictus qui ue nit.


ET in Miſſa Gaudeamus Tenor Benedictus eandem uocum deducti-
onem habet cum Baſi Æolia.



BE ne di




ctus.



BEne di ctus.


Et in

ET in Miſſa, Hercules dux Ferrariæ, Agnus Dei, Vbi Triadẽ in Monade inſtituit ad hanc ſex uocum deductionem, oppidò ingenioſam. Vbi Baſeos initium cum Cantus initio diſtat diapaſon. Tenor eodẽ principio, cum Cantu diapente, cum Baſi diateſſaron, hoc inceptionis ordine, ut Tenor incipiat in G magno, ſequatur deinde Cantus poſt duo tempora in d paruo, Baſis ultimum poſt Cantum & ipſa duorum temporũ mora in D magno ad hunc modum.



TENOR CANTVS BASIS

Vt re mi fa ſol la ex Miſſa Iodoci Pratenſis, Hercules dux Ferrariæ. Agnus Dei.




AGnus

VErum nunc libet audire eum, qui ex propoſito hoc argumenti tractauerit, Litauicum Senflium Tigurinum Ciuem noſtrum. Qui, ut eo ſonantius incederet compoſitio, Deductioni ſex uocum adiecit Tenorem Fortuna, atq; ita Ionica ſuauitate rem feliciter abſoluit. Quam cantionem, quia duplex utilitas, cum Deductionum uſus, tum ligaturarum, ut uocãt, cognitio non modica Lectori ex ea accedit, omittendam non exiſtimaui. Ea eſt eiuſmodi.


Dodecachordi Deductionum uocum Mu

re Litauico Sen=


CAN.



Voces Muſicales ad Fortunam



BAS.




ALT.


ſicalium

ſicalium exemplum Autho

ſtio Tigurino.




TENOR




Ortuna ad uoces Muſicaleis

Reliq. CAN.




Reliq. BAS.



ALT


ALT.
Reliq.



TEN.

PORRÒ quod primo uolumine de ſex uocum deductiõibus inſtituimus in Cantu plano, hic itidem obſeruare in hoc adeò cantu aliquo pacto uoluimus, ſcilicet ut rudibus conſulatur, qui non niſi ſimpliciſſimis exemplis duci uolunt, Sit igitur huius rei hæc abſque aliarum uocum garritu tenuis ac puerilis εἰσαγωγὴ.

Simplex ſex uocum deductio.



De Proportionibus muſicis, Caput XII.

IN hac ultima huius inſtituti parte licet teſtari mihi, quod ante me haud ſcio num quiſquam huius artis ſcriptorum fecerit, placere quæ de muſicis proportionibus plærique diligenter ſcripſere, quod negocium doctum ſit, atque ex intimis arithmetices penetralibus depromptum, porrò rurſus diſplicere, quod magis hæc ad oſtentanda ingenia, quàm ad magnum muſices uſum inuenta, uideantur. Nam ut obiter de genere multiplici dicam, facilimo inter quinque inæqualitatis genera, quid dupla ratio à ſemiditate differt? aut quadrupla octuplaq; à quauis alia imperfectorum diuiſione? Superparticularis generis alia ratio, ſcio: ſed qua, excepta ſeſquialtera, carere poterant ingenioſiſſimi quinque Symphonetæ. De tribus generibus ſequentibus idem iudicium. Nec tamen improbo Franchini uiri doctiſſimi elaboratiſſimum de proportionibus muſicis opus, ſed de commoditate uſus loquor. Ars, ut ars eſt, tradi debet. At res ipſa nunc clamat, ſuperfluum eſſe tot proportionum obſeruationes: quarum nemo, quantumlibet cantu exercitatus, meminiſſe queat, quasq; nullus ex doctiſſimis noſtræ ætatis muſicis dignatus eſt præter pauculas in Symphoniam adſciſcere, ut in quibus maior labor in addiſcendo quàm ſuauitas gratiáue in cantando eſſe conſtet. Ideoq; facile ab optimo quoque lectore ueniam impetrabo ipſa breuitate. Guſtum enim dúntaxat huius rei exhibebimus. Proportio eſt (definitore Franchino ex Euclide libro 5.) duarum quantęcunque ſint, eiuſdem generis quantitatum certa alterius ad alteram habitudo. Et in hac definitione, ut ſcrupulū amoueam, non me magnopere turbat, quod quidam pro uerbo proportio, rationem dicere malunt, diſtinguentes rationem à proportione, ut noſtra ætate diuidunt proportionem à proportionalitate, nam ut proportionalitas uox eſt ueteribus, ut puto, inaudita, Ita proportio uix apud quenquam ex claſſicis ſcriptoribus reperias. At multa talia nobis hic diſſimulanda. Sed operæ precium uidetur, ut hoc negocium aliquanto altius repetamus, at breuiter, ut alia. Omnis igitur quantitas ad alteram collata, eſt ei uel æqualis uel inæqualis, Quod ut lucidius appareat: de numero exempla proponemus. Omnis enim numerus, ad alterū collatus, eſt illi uel par uel impar. Si par fuerit, nulla prorſus accidet differentia. Sin impar, rurſus uel maior numerus comparabit minori, ut 4. ad 2: & maior dicetur inæqualitas, uel minor numerus comparabi-


comparabitur maiori, ut 2. ad 4. & minor dicetur inæqualitas. Vtriuſque partis quinq; ſunt genera. Et primum quidem genus multiplex eſt, quando maior numerus minorem numerum habet in ſe totum aliquoties, ita ut nihil deſit, nihil exuperet, quod quidam pluries pręciſe uocãt. Quoties igitur maior numerus continet minorem bis, naſcitur dupla ratio, ut 4. ad 2. comparata. Si ter, tripla: ut 3. ad 1: 6. ad 2. Si quater, quadrupla, & hoc in infinitum. Secundum genus Superparticulare uocatur, quoties maior numerus minorem in ſe habet totum ſemel, & præterea unam aliquã eius partem uel dimidiã, uel tertiam, uel quartam &c. Si dimidiam, ratio eſt ſeſquialtera, quæ etiam ſeſquipla & ſeſcupla & græcè hemiolia uocatur, ut 3. ad 2: 6. ad 4. Si tertiam partem, eſt ſeſquitertia, græce Ἐπιτρίτη, ut 4. ad 3: 8. ad 6. Sin quartam partem, eſt ſeſquiquarta, Et ea quoq; in infinitum. Tertium genus eſt Superpartiens, quando maior numerus minorem in ſe continet ſemel, atq; eius inſuper parteis aliquas. Quod ſi duas eius continet parteis, ſuperbipartiens, ut 5. ad 3. Si treis, ſupertripartiens uocabitur. Vt 7. ad 4. & hoc in infinitum. Adĵcitur etiam ſæpe partium denominatiuus numerus, ut 5. ad 3. proportio eſt ſuperbipartiens tertias. 7. ad 4. eſt proportio ſuper tripartiens quartas, & in cæteris eodem modo. Quartũ genus ex multiplici & ſuperparticulari conflatum eſt: Dum maior numerus habet in ſe minorem uel bis uel ter, uel quotieslibet, atq; eius unam aliquam partẽ. Vt 5. ad 2. proportionem habent duplam ſeſquialterã. Et 7. ad 3. duplam ſeſquitertiam, in qua denominatione ſeſqui non ſignificat totum, ut in ſimplici ſuperparticulari, ſed penuria uocum ita loqui cogimur. Si enim dicamus dupla altera aut dupla tertia, obſcurus fuerit ſermo. Quintum ac ultimum genus ex multiplici & ſuperpartiente coniunctum eſt. Quoties maior numerus minorem in ſe habet totum plusq̃ ſemel, et eius plusq̃ aliquã partem, ut 8. ad 3. quæ eſt dupla ſuperbipartiens tertias. Siue 11. ad 4. dupla ſupertripartiens quartas. Quidam (ut Franchinus) duo genera ſuperparticulare & ſuperpartiens diſtinguunt partibus aliquota & aliquanta: Partem aliquotam uocant, quæ aliquoties ſumpta præciſe conſtituit totum, ut dimidium, pars tertia, quarta, quinta &c. Aliquantam autem uocant, quæ aliquoties ſumpta non præciſe conſtituit totum, ſed uel deficit uel ſuperat. Exemplum. Senarĳ aliquotas partes aiunt unitatem, binarium ac ternarium, aliquantas autem parteis quaternarium ac quinarium. At Boëthius de his nihil memoriæ prodidit, alioqui nõ timidus, ubi res exigit, in nouis fingendis uocabulis. Simplicius itaq; eſt ſi de ſuperparticulari dicamus aliquam partem, de ſuperpartiente uero aliquas parteis, ut Boëthius conſueuit, nam planè illi ſubſcribimus. Eadem quinq; genera ſunt minoris inæqualitatis, & ĳſdem etiam nominibus, niſi quod prępoſitionem Sub, ante ponendam exiſtimant, ut dicamus ſubduplam, ſubtriplam &c. Verum

enimuero


enimuero id negocij, ut in numeris ac ſonorum collatione fieri habet: ita in notulis diuerſarum uocum, quod ad ualorem attinet, accidit, atq; ita hic fit comparatio. Et in maioris inæqualitatis ſpeciebus notulæ ualore minuuntur ſecundum ipſius proportionis denominationem, minoris uero inæqualitatis notulæ augentur ſecũdum eandem denominationem. Quod ut clarius fiat manifeſtum, de aliquot, ſed paucis admodum, dicemus, exemplaq; apponemus.

Dupla proportio.

DVpla igitur proportio eſt, Vbi maior numerus continet minorem bis, ut 4. 2. Quoties uero in cantu numeri præfiguntur ad hunc modum $\frac{2}{1}$ $\frac{4}{2}$ $\frac{8}{4}$, notularum ualor duplo minuitur. Ita Longa pro breui: Breuis pro ſemibreui cantabitur, Reliquæ item notulæ ad eandem formam. Contra in ſubdupla notularum ualor duplo augetur. Ita breuis pro longa, Semibreuis pro breui exhibebitur. Oportet autem comparationem æquis rationibus fieri, ut perfecta perfectis comparentur, ac imperfecta imperfectis, alioqui ſæpe ſurdam feceris proportionẽ. Quod exemplis Franchinus eleganter probat, nec res eſt difficilis intellectu. Deſtruuntur autem proportiones obuenientibus in medio uel ſignis temporis, uel contrarijs proportionum ſpeciebus, ut dupla per hæc ac ſimilia ſigna O C: uel per ſubduplam. Ita tripla ac reliquæ ſpecies omnes per eadem ſigna, ac contrarias proportiones, quod in exemplis uidebitur. Sed duplæ ex Franchino hoc ſit exemplum.




CANTVS



TENOR


IN hoc Cantu ſignum C deſtruit proportionem, quam numeri ſequentes rurſus inſtaurant. Sed adiungemus exemplum ex eodem authore,

ubi oppoſita proportio deſtruit proportionem. Quod tamen intelligendum eſt ſi nullum interuenerit ſignum. tum enim augerentur notulæ ualore duplo. qui hic tantum in priſtinum redit ualorem.




Tripla proportio

TRipla proportio eſt cum maior numerus continet minorem ter, ut ſex duo. Quoties uero cantui præfiguntur hi numeri $\frac{1}{3}$ $\frac{2}{3}$ $\frac{3}{3}$, notularum ualor triplo minuitur, ita tres ſemibreues pro una ſemibreui obuenient, tres item breues pro una breui, & in cæteris eodem modo. In ſubtripla autem contra, notularum ualor triplo augetur. Cantores etiam Canonis præſcriptione & in hac & in alijs proportionibus & minuunt & augent, Vt his uerbis. creſcat Tenor in duplo, in triplo, in quadruplo, &c. Sed Triplę hoc eſt exemplum Ioannis Coclæi.




Deſtruitur

DEſtruitur autem & hæc proportio per numeros contrariæ proportionis, hoc eſt, ſubtriplæ, Siquidem nullum ſignum interpoſitum fuerit, quod ex hoc Franchini exemplo patebit.




CANTVS






TENOR




Quadrupla proportio.

QVadrupla proportio eſt cum maior numerus continet minorẽ quater ut 4.1. Cæterum in cantu quoties numeri ad hunc modũ 4 8 12 / 1 2 3 præfiguntur, notularum ualor quadruplo minuitur, Ita longa ſemibreui ualet, breuis minima, & de reliquis eodẽ modo. Exemplũ eſt hoc Coclei.




CANTVS TENOR

CÆterum & huius proportionis, & duplæ exempla poſuimus, magis quia addiſcẽtibus facilia ſunt, quã quod ea magnopere ad rem ſiue ad neceſſariũ muſices uſum pertinere arbitremur, Ingenij eſt exercitatio, ſed non perinde atq; in alijs rebus utilis. Nam quid prohibet, ſi quis ita hoc exemplum ponere uolet, quin id tuto liceat?




CANTVS TENOR

DEſtruitur autem per ſubquadruplam, nullo interturbãte ſigno, ut ex iam dicto exemplo atq; item ex hoc Franchini exemplo pateſcet.



Dictum eſt autem antea, notulas in minoris inæqualitatis ſpeciebus eo augeri modo, quo in maioris inæqualitatis ſpeciebus minuunt̃ nempe ſecũdum proportionis denominationem. Huius unum exemplum ex Franchino adpoſuiſſe ſatis nobis uiſum, ut in alijs ſpeciebus ſimilis conſideratio, ſiquidem alicubi obuenerit, accipi queat, aliorũ enim hic non noſtras præceptiones docemus.





HActenus de genere multiplici ſatis ſuperq; dictum putamus, cui tándiu immorati non fuiſſemus, niſi cognitum eſſet nobis eas ſpecies facilimas intellectu captuq; eſſe. Nunc generis ſuperparticularis unam dúntaxat ſpeciem ponemus, quam doctiſſimi quiq; ſuis cantilenis intermiſcere haud ſunt dedignati.

Seſcupla


Seſcupla ſiue ſeſquialtera proportio.

Seſquialtera proportio eſt, quoties maior numerus minorem ſemel com plectitur ac inſuper eius alteram partem, hoc eſt, dimidiam ut 3 ad 2. 6. ad 4. comparata. In cantu autem ita præfiguntur numeri $\frac{3}{2}$ $\frac{6}{4}$ $\frac{9}{6}$ ac notulæ altera parte minuuntur. Itaq; tum ſemibreuis cum minima, aut tres minimæ pro una ſemibreui cantabuntur. Item breuis cum ſemibreui pro unica breui: Contra in ſubſeſquialtera notulæ altera augebũtur parte. Sed ſeſquialteræ hoc rurſus Coclæi eſt exemplum.







HOc exemplum cum in tripla proportione etiam poſuerimus, hic tamen redaſſumere placuit, ut ſtudioſi facilius harum differentiã perciperent, præterea ut manifeſtius fieret, quantum erroris admittant, qui triplam uno ternarij charactere, aut duplã binario indicari falſo putant, cum nulla proportio paucioribus duobus numeris notari debeat, imò uero ſi id liceat, iuſtius longe ſeſquialtera ternario indicaretur, cum treis minimas pro duabus exhibeat. Minus erroris erat, ſi diminutionem perfecti temporis ternario manifeſtari uoluiſſent, de qua plura differuimus, cum de diminutione ſuperius præcepimus. Illud haudquaquam prætereundum ſilentio, quod in prolatione perfecta, ſemibreuis perfecta per ſeſquialteram proportionem ueniet in menſuram ſemibreuis imperfectæ extra proportionem. Item breuis perfecta in menſuram breuis imperfectæ extra proportionem poſitæ. Vt hoc exemplo Franchinus commonſtrat.




COloretiam nonnunquam ſatis eſt Cantoribus ad innuendam hanc proportionem. Cuius rei exempla duo ſunt apud Iacobũ Hobrecht in breuibus ſemibreuibus q̃ imperfectis pũcto appoſito, Hypoæolio modo in Cantu cui tamen infernè ditonum annexuit, ſupernè ſemitonium.






HAc in Baſi ſeſquialtera eſt ratio nullo numero pernotata ſed colore in alteris notis, quibus additur punctus. habet autem non ineptam gra uitatem, etiamſi ſaltationi uideatur proxima. Subiungemus ex eodem alte ram, ubi ſemibreues eadem inſtituuntur proportione, quæ & ipſa ſaltati- oni propior, ſed non abſq; gratia.


Do decachordi





In hoc

IN hoc tenore uides caudam ſeſquialtera ratione inſtitutam per ſemibreues, ut in præcedentis cantilenæ Baſi per breueis, Præterea Baſis hic initio ferè eandem habet in ſemibreuibus proportionem, eleganti ſanè menſura. Id autem conſyderandum quoties color adhibetur, omittendũ eſſe numerum: Et contra, ſi numerus forſitan adiunctus eſt, nequaquã adhibendum eſſe colorẽ. In minimis libentius numerum poſuerim, quàm colorẽ, ne cũ ſemiminimis, quę colore ſeſquialterę non ſunt, incidant, magnamq; cantori dubitationem adferant difficultatemq; ſeparandi ſemiminimas ab minimis, cum alteræ ternario, alteræ binario incedant. Porrò hæc ternarũ pro binis æquatio in hac proportione indoctioribus Cantilenarum compoſitoribus occaſionem dediſſe uidetur ſeſquialteram ternario notare, q̃d tres minimæ in ea duabus minimis æquentur, de quibus multa Franchinus differit. Neq; uero hæc proportio cum perfecta prolatione eadem eſt, ac neq; his notanda ſignis ⊖ ☾, quando perfecta prolatio treis minimas ſeſquiſemibreui imperfectæ opponit. Hæc autem proportio uni ac ſoli ſemibreui imperfectæ eaſdem. Sed de ſeſquialtera nunc ſatis. Cæterum hoc quoq; notandum pauſas proportionibus ſubiacere, neq; una ratione, ſed diuerſis, ut tempora ſunt uel perfecta uel imperfecta. Diximus autem proportiones obuenientibus uel ſignis uel proportionibus contrarijs deſtrui. Verum ſi deſtructa per ſignum proportione, illud ſignum ſequatur contraria proportio, ea noua proportio erit, quæ notulas uel minuet uel augebit ſecundum proportionis denominationem. Quod ut lucidius appareat Franchini de ſeſquialtera ratione exemplum apponere placuit, finem huic præceptioni ſtatuentes.



Hæc fermè

HÆc fermè ſunt, Optime Lector, quæ ab noſtræ ætatis muſicis præcipiuntur ab iiſdem tamẽ, ut multi cantus teſtimonio eſſe poſſunt, nec ad amuſſim, nec perpetuo abſeruãtur. Reliqua apud Franchinum, uirum doctum ac diligentem perquirantur, neqꝫ enim uolui in alieno opere eſſe ingenioſus, negocium ſanè infiniti laboris, ſed utilitatis non admodum magnæ.

Duodecim Modorum exempla ac primum Hypodorij ac Aeolij, Cap. XIII.

HActenus huius artis nouæ canonas ſiue præceptiones, qua potuimus cum luce tum breuitate recenſuimus. Reſtat nunc ut exemplis doceamus, & hanc in omnibus Modis, quos priore oſtendimus libro, uerſatam eſſe, inuitis ac reclamantibus omnibus ferè huius ætatis cantoribus, adeò ſuis dotibus fœcunda eſt natura, ut neſcientes, eam tamen ducem ſequamur. Ponemus autem cantilenas bonas, ſimplices, argutas, cantatu faciles, non phaleratas, quaſdam etiam è uulgo deſumptas, in quibus naturæ uis expreſſa nobis uiſa eſt, Lectorem ſuo linquentes iudicio, neqꝫ enim omnibus omnia placent, & ſemel audita contemnimus, cum mihi uideatur docta cantilena ſemper ſuſpicienda, ut doctum Poëtæ Carmen, iis præſertim qui uideri uelint ueri muſici, hoc eſt, qui non auribus tantum, ſed ratione etiam iudicant. In uniuerſum autem, cum Modorum naturam ſuperiore uolumine diligenter, ſatisqꝫ, ut puto, lucide expoſuerimus, non uidentur ea hoc loco expetenda eſſe, niſi aliquando, ne paginæ uacent, libeat quædam interſerere, quæ tamen accidentaria huius ſint cantus. Qua in re fortaſſis hoc præfari conueniet, hoc in nouo negocio nondum ullo certo conſtitutum pſephiſmate aut decreto, quo pacto nobis nominandæ quaternũm, aut plurium pauciorúmue regionum uoces. Neqꝫ enim ullus tantæ authoritatis hactenus fuit (ut ſuperius item cõmemorauimus) hac in arte, ut ſolius eius conſulto ſtaretur, ſed uſus dúntaxat aliquot nobis exhibuit, qui hercules ſpectandus uidetur, quippe

Quẽ penes arbitriũ eſt, & uis & norma loquendi, ut inquit Flaccus. Hic igitur uſus ſupremã uocem Cãtum uocat, mediam Tenorem, imam Baſin, non abſurda per Iouẽ ratione. Neqꝫ enim ſuauior ulla uox eſt, qꝫ ea quæ à pueris accinitur, ut merito illa κατ' ἐξοχὴν Cantus nomine uocetur.

Vulgus

Vulgus crebrius Diſcantum uocat, ut differat à communi nomine cantus. Tenor aũt uelut Thematis filum, et primum uocum inuentum, quem ferè aliæ reſpiciant uoces, & ad quem omnia ordinẽtur, dictus uidetur. Baſis uero, quod in eam tanquam in fulcimentum omnes inclinent uoces, ſecundum artem ſuam inuenit appellationem, Vbi enim in cõcentu ea uox minus firma fuerit, ibi reliquæ uoces omnes euanidæ apparent, quemadmodum ſuperiore diximus libro, uec maieſtatem ullam habere poſſunt. Quartam, quæ octauam cum Baſi, ut Cantus cum Tenore, obtineret, uocem Altum uocarunt, quidam Altitonantem. Ex his itaq; quatuor uocibus, tanquam ex quatuor elementis, corpus mixtum fit pulcherrimo naturæ munere, cui corpori quidam ſingulas adiecerunt, ut ex quinq; uocibus corpus conſtaret, alij binas, nonnulli plureis. Sed profecto non tam ad aurium uoluptatem, quantum ego iudico, quàm ad ingenij oſtentationem. Vix enim natura fieri poteſt, ut humanum ingenium, ad tot ac tam uaria diſtractum, attente ſimul omnia cõſyderet. Itaq; qui plureis ſimul quã quatuor in unum cõcentum inſtituerunt uoces, perinde mihi facere uiſi ſunt, atq; qui corpus phyſicum ex quinq; elemẽtis fieri poſſe perſuaſi, quintam, ut phyſicorum noſtra ætate uulgus loquitur, eſſentiam quatuor illis addere laborent. Poteſt certè eximius Symphoneta, mea quidem ſententia, non minus ingenij uireis oſtendere in duabus tribúsue cõiungendis uocibus, quã in multarum uocum aceruo ac garritu. Scio alijs aliter uiſum, nec ego cuiusq; iudiciũ reprehẽdo, ſequatur porrò quod quiſq; uelit, mihi mea dicta ſentẽtia eſt. Quot homines, tot ſentẽtiæ, ſuus cuiq; mos. ait Comicus.


Cæterum ut qui epiſtolarum libros edunt, ſæpe aliorum item, non ita pure loquentium, epiſtolas ſuis illis elaboratis cõmiſcent, Videlicet ut contraria oppoſita ex oppoſitis, quemadmodum philoſophi loquuntur, magis eluceſcant, quod paulò ante noſtram ætatem Angelum Politianum feciſſe uidemus: Ita nobis in his quoq; exemplis uiſum eſt factu opus, nempe ut Iodoci à Prato, ac aliorum Claſſicorum Symphonetarũ doctiſſimis illis cantionibus, aliorum item cantus, non tam uenuſtos adiungeremus, ut haberet Lector quod ex Antithetis iudicaret aliquanto argutius, quàm hactenus factum eſt. In primis autẽ hoc ſciendum, Triplicia nobis, uelut trium ætatum, placuiſſe exempla. Prima quidem, (quanq; ea admodum pauca ponemus) uetuſta ac ſimplicia, & uelut huius artis infantiæ, quo pacto ante annos LXX. opinor primi huius artis inuẽtores intonuêre. Neque enim (quantum nobis conſtat) hæc ars eſt multo uetuſtior. Eius cantus ſimplicitate (ut ingenue, quod cordi ſedet, dicam) mire nonnunquam oblector, cum mecum Antiquitatis integritatem contemplor, ac noſtræ intemperantiam Muſices animo perpendo. Eſt enim in eis mixta cum mira grauitate maieſtas, quæ nõ minus cordati hominis aureis demulcet, quàm

multi

multi inepti garritus ac laſciuientium ſtrepitus. Altera pubeſcentis iam artis ac adoleſcere incipientis, deniq; ad maturiorẽ ætatẽ promotæ, quo pacto anteannos XL. ceciniſſe conſtat. Ea perplacent, quippe quæ ſedata, animum uerè oblectant. Tertia huius perfectæ iam artis, cui ut nihil addi poteſt, ita nihil ei quàm Senium tandem expectandum, quomodo à XXV. iam annis cecinerunt. Atqui prò dolor in tantam laſciuiam nunc deuenit hæc ars, ut doctis propè modum ſit tædio: Idq; multas ob cauſas, maxime uerò, quòd cum maiorum ueſtigia, qui Modorum rationem exacte obſeruauerunt, ſequi pudet, incidimus in alium quendam tortum cantum, qui nulla ratione, niſi quia nouus eſt, placet quod antea etiam aliubi conqueſti ſumus. Itaq; nunc quod ad primæ Diapaſon ſpeciei duos attinet Modos, Hypodorium, ac Æolium, eorum breuiter ponemus exempla, ut primũ Hypodorij ex uno modulo duarum uocum concentum, qui modus fuit olim Okenhemo familiaris, poſtea ab alijs multis, prẽcipue uero ab Iuſquino feliciter tractatus. Secundo duarum uocum, ut Vaqueram & Iuſquinum uno argumento occupatos, in Tractu quodam, ut uocant, quanquã in Iuſquini Cantu ſtatim quatuor etiam uocum eſt cauda, quam à reliquo corpore ſeparare uolebamus. Tertio trium uocum oppidò antiquam incerto authore. Quarto quatuor uocum ſimplicem, ſed in qua Modi natura oppidò pulchre expreſſa eſt. Quo fit ut numeris reſpondeant etiam cantiones, et quod ad Monadem attinet, Hoc eſt duarum uocum concentum ex una uoce, duo exempla ponemus. Alterum ex Iuſquini Hercule in ſua ſede poſitum ac finitum in D. Alterum per diateſſaron leuatum in G, ſed non abſque fa in b claui, ut in Dorio Hypodorioq; frequenter fieri ſolet ex Petri Platenſis Miſſa. O Salutaris Hoſtia. In priore exemplo Inferior uox diapente infra incipiens ſemibreui præcedit. In poſteriore contrarium fit, Nam Tenor incipit, & ſequitur Baſis in diapente poſt integrum tempus.


Dodecachordi Monados in Hypodorio prius

exemplum ex Hercule Iodoci Pratenſis.



Eiuſdem alterum exemplū

ex Petro Platenſi.



SEd hæc hactenus de Monade huius Modi ſatis: De Dyade aliquanto in longius exemplum protraxit nos duorum Symphonetarũ Vaqueræ ac Iodoci Pratenſis concertatio, in hoc nobis propoſita, quemadmodũ paulò ante admonuimus, ut lectoris iudicium excitaremus ad plenius conſyderandum quid in unoquoq; laudaret, quid offenderet. Qua in re noſtrum quidem iudicium fruſtra expectet Lector. Nam præterq;, quod omnis comparatio odioſa eſt, etiam hoc impedimenti accedit, quod ingenium meum partim rudius eſt, quàm ut de hoc negocio, certò pronuntiare queat, partim etiam nimio in Iodocum affectu corruptum, utpote quem extra aliorum aleam ponere ſoleam, haud ignarus, quod Flaccus de Poëtarum ad Homerum comparatione cecinit,

Non ſi Priores Mœonius tenet
Sedeis Homerus, Pindaricæ latent,
Cææq;, & Alcæi minaces,
Steſichoriq; graues Camœnæ,

Ita in horum uirorum claſſe rem ſe habere. Scio multam nos illis aliis quoq; debere gratiam, qui apud me in magna ſunt exiſtimatione, cum ob ingenij acrimoniam, tum ob non proletariam Muſicæ rei eruditionem, quod de Okenhemio, Hobrechtho, Iſaaco, Petro Platenſi, Brumelio, atq; aliis, quos enumerare longum eſſet, hoc in libro ſæpe teſtati ſumus. Itaque nunc de hiſce exemplis, ut Modum Hypodorium exprimant, breuibus explicandum uidetur.


In Vaqueræ duarum uocum exemplo priore Tenor nobis Hypodorium belle exprimit, Sed Baſis Dorium, cui tamen per laſciuiã ſupernè dia pente adiecit. In ſecundo eiuſdem exemplo Cãtus eundem Hypodorium oſtendit, cui ſupernè ſemitonium, infernè tonum adijcit. In Tenore etſi Phraſis ſit Hypodorij, atq; adeò etiã finis, limites tamen ſunt intra duo Ff.

In Iodoci uero priore exemplo Cantus Hypodorium refert, defectum ſupernè tono. Altera autem uox ſuauitatis & omnis iucunditatis pleniſſima Dorium, cum adiecto ſupernè Semiditono, quod in Dorio, Hypodorio atq; Æolio frequentiſſimum eſſe ſæpe admonuimus. In ſequenti uero exemplo Tenor Hypodoriũ abſq; deſcenſu diateſſaron, refert: Baſis uero Dorium exprimit, atq; ita quoq; deinde ſe habet, ubi aliæ accedunt uoces.


Sequuntur Dyados in Hypodorio bina exempla.

Dodecachordi


Hypodorij duarū uocū ex



emplū author Vaqueras.




EXEMPLVM.



Dodecachordi Hypodorij exemplū binarū uo


DVO



Domine ne memineris. tacet.


ITERVM duo

Domine nō ſecundum. tacet.




cum Iodoco Pratenſi authore.

DVO




Domi ne ne memi- neris. tacet.




Domine nō ſecundum. iacet.

ITERVM duo




Dodecachordi Hypodorij IIII. uocum exem




plum ex eodem

plum ex eodem Iuſquino.



Vltima

Dodecachordi Vltima eiuſdem pars.




CÆterum ad uniuerſa Modorũ exempla, quę hactenus ac deinceps po nemus certius ac exactius iudicanda, annotatione dignũ atq; huic ne gocio admodũ utile uiſum eſt, inter cætera quæ de Modis oppidò multa

hactenus


hactenus docuimus, hoc quoq; Lectorẽ admonere, Modorum occultam quandã eſſe cognationẽ & alĩus ex alio generationẽ, Nõ ſanè Symphonetarum ingenio quæſitã, ſed rerum natura id ita diſponente. Hoc enim fieri uidemus, q̃ties Hypodorĩ inſtituitur Tenor, ut eius Baſis ſit Dorius, ſæpe etiam Æolius, quẽadmodum exemplis cõtinuo ſequentibus perſpicuum eſt. In q̃bus cum Tenor ſit Hypodorius, Baſis Dorĩ Syſtema habet, cum Semiditono ſuperne. Cantus ac Altitonãs, aliquando manent cum Tenore, aliquãdo euariant. Rurſus quoties Tenor Phrygius eſt, Baſis ac Cãtus ſæpe in Æoliũ incidunt, quod uidere licet in Threnis Diuæ Magdalenes, quos poſtea in Phrygio referemus. Nonnunq; Cantus in Hypophrygiũ uenit. Item, cum Mixolydius in Tenore eſt, Cantus ac Baſis, Hypomixolydĩ, q̃d Dorĩ eſt, Syſtema habent. Item, cum Hypoionicus inſtituit, Ionicus uenit in Baſin. Denique ſi Tenor cõmunem habet duorũ Modorum diapente, Modi ipſi integri in extremis ſunt uocibus, ut Authẽtes in Baſi, Plagius in Cãtu. In uniuerſum Baſeos uox libẽter in Authentas inclinat, Cantus in Plagios, naturali quadã admirãda magis q̃ explicabili ratione. Sed ut in Dorĩ ac Phrygĩ Tenore Baſis in Æoliũ, Syſtema uno dũtaxat ſemitonio à Dorio uariegatũ, libẽter incidit, ita ſæpe fit ut Baſis Ionica Tenorẽ nanciſcatur Lydiũ, quemadmodũ accidit Iodoco Pratẽſi in Agnus Dei Miſſæ Fortuna (libet nunc ita loqui, quando aliter non poſſumus) & cõtra Ionicus Tenor Baſin Lydiã, q̃d uſu ſæpe euenire Lector ipſe ſimul atq; animum intenderit, facile uidebit. Neq; enim Cãtores hoc ſtudio aut ſuapte arte faciũt, excidit eis hoc magis naturę munere, q̃ ipſorum uoluntate. Nec tamen perpetuo, q̃d nunc dixi obſeruatũ eſt, ſed ut plurimũ, nam ſæpe contrarium reperias, maxime in tortis cantibus. Verum ad hoc mihi hæc dicunt, ut Lectoris ingeniũ excitem ad expedite iudicandũ. Neq; em̃ quicq; æque acuit Muſicũ ingenium, imò nihil æque eſt Muſicum, atq; de Modis erudite iudicare. Mihi quidẽ hoc naturæ miraculo factũ uidet, qui Modorũ rationẽ ignorarunt, ab ĩs tam eleganter ſæpe ſeruatos eſſe Modorum limites ac eorundẽ uim expreſſam. Nã q̃d ab eis aliquãdo deuiarunt, nec naturã ſecuti ſunt, non mirũ, Quæ enim naturæ pars eſt, in qua non aliquãdo incidat error? Proinde partuũ monſtra uocare ſoleo Cantus extra Modi naturã præcipitatos, quales plurimos ubiq; reperias. Nunc Triados ſanè uetuſtã ponemus Cãtilenã, quæ quantũ mihi ſemp arriſerit, imò q̃ties ego illi arriſerim dici nõ poteſt, adeò eius ſimplicitas ſimplicẽ meum animũ uelut faſcinauit, ut nunq; ſatur eius factus fuerim. Lector hoc ſtulto meo affectui cõdonet etiam atq; etiam oro. In ea Tenor uere Hypodorius eſt. Baſis Dorius cum ſemiditono ſuperne, huic Modo cũ Dorio ac Æolio cõmuni. Cantus Hypodorius eſt Phraſi ac fine, ſed propter cum Tenore colluſionẽ deſcendit in cõmunem duorũ Modorũ diapente, haud cum mediocri per Iouẽ gratia. Verba ſubtus non ab authore ipſo, ſed ab quopiam alio poſtea addita ſunt, pia quidẽ, ſed haud ſcio q̃ ubiq; ſyllabis bene pta. Noſtrũ iudiciũ de Harmonia fuit.

Triados


Dodecachordi Triados in Hypodorio ex




Deus meus ad te leuaui animã meam, Vi de ca la mi-




ta tem & humilitatẽ meam: Ne derelīq̃s me ſer. tu. De. Libera ouẽ tuã




de laqueo uenantium. Deus meus, & Dominus, noſtrę ſalutis author.




Cui ſit gloria, & poteſtas, honor, decus & Imperium.



Deus meus ad te leuaui animã meam. Vide calamitatẽ, &



humilitatẽ meã. Ne derelīq̃s me ſer. tu. De⁹. Libera ouẽ tuã de laqueo




uenantiũ. De⁹ meus & Dñs noſtræ ſalutis author. Cui ſit gloria,



& poteſtas, honor, decus & Imperium.

emplum


emplum incerto authore.



QVæ ſequitur Cantio quatuor uocũ Antonij à Vinea eſt Traiectenſis in Belgis. In qua Tenor, quòd eadem duorum Modorum diapaſon eſt, perinde atq; Æolius eſſet, incedit, ſed Hypodorium eſſe inferior diapaſon, atq; adeò finalis clauis euincit. Baſis autem feſtiuiſſime ſemiditono, huic, ac alijs duobus Modis, Dorio ac Æolio communi, inſurgit. Habet autem tota cantio natiuam gratiam in omnibus uocibus, ut dormientem uere uigilare uideas. Cantus eſt ſimplex nullo magnopere quæſitus fuco, nullis laſciuiẽs lenocinijs: Ideoq; apud grauiſſimos quoſq; plus authoritatis merito habere debet, & Lectorem uel hac gratia allicere. Hæc hactenus de Hypodorio. Cui ſocius eſt Æolius in eadem diapaſon ſpecie, authore Heraclide apud Athenæum lib. 14. quemadmodum priore oſtendimus libro. Eius Æolij exempla continuo, poſt ultimum hoc Hypodorij quatuor uocum exemplum, cum paruula præfatiuncula ſubnectemus.

Dodecachordi Hypodorij IIII uocum exem


Antonio à Vinnea



plum

plum. Cant. 4. Authore

Traiectñ.



De Aeolij Modi exemplis.


ALter huius Diapaſon ſpeciei Modus eſt Æolius, de quo libro ſuperiore ſatis ſuperq; diximus: Hîc dúntaxat exempla eius tractanda uidentur. Hic Modus ſanè excidit Symphonetis natura id monſtrante atq; propémodum cogente. Cum enim Dorium per laſciuiam uariare uellent in diateſſaron ſuperiore, imprudentes in Æolium inciderunt, perinde atque de Lydio diximus, quem eadem laſciuia in Ionicum poſtea torſerunt uerius quàm flexerũt. Monados quatuor exempla ponam: Quorum tria priora Dyadẽ in Monade habẽt, hoc eſt binas in ſingulis uoces. Quartum etiam treis. Primum eſt Iacobi Hobrechthi Symphonetæ, quod ad copiam attinet, ac Carminis maieſtatem D. Eraſmi Roterodami Præceptoris noſtri, atque adeò etiam noſtro iudicio, nulli ſecundus. Fuit autem puero Eraſmo in Muſicis Præceptor, ut ex ore Eraſmi ante multos annos ipſi audiuimus. In ea cantione Æolij Syſtema eſt cum Semiditono aut diateſſaron ſupernè. Alterum exemplum eſt Iodoci Pratenſis cum eodem Semiditono ſupernè. In quo phraſis quidem uere Æolij eſt, finis tamen Ionici, quod ſæpe Iodocus licenter fecit, iucũditatem & gratiam ex raritate malens, quàm ex Modi ratione ac natura. Tertium exemplum eiuſdem eſt Iuſquini ex Miſſa ad fugam facta, in quo acutior uox incipit, ac poſt duo tempora ſequitur grauior in ſubdiateſſaron, ut uulgo loquuntur. Eſt autẽ uerum Aeolij, non Dorij, ut quidam ſcripſêre, Syſtema, finitum etiam infima diapente chorda. Quartum exemplum Triadem in Monade habet, in certum cuiúsnam authoris. In eo phraſis Aeolij in δὶς διὰ πασῶν regnat, ſed poſt tertium tẽpus etiam Dorij Syſtema apparet, porrò deinde ad longum regnat Phrygius, poſtremo & ſuperiore & inferiore diapaſon eſt Æolius. Hanc tres ſimul æqualiter intonare poſſunt, ſed qui craſſiore eſt uoce, incipiat, ſequatur qui acuta, denicq; ultimo ſuccinat qui media eſt uoce & in δὶς διὰ πασῶν cantionem ſedibus Aeolij ſupernè ac infernè elegantiſſime concludent:

Sed audiamus nunc primum
Hobrechthi.

Monados


Monados in Aeolio primū

exemplum Iacobi Hobrechthi.




Monados in Aeolio ſecun


dum exemplum Iodoci Pratenſis.




Monados in Aeolio tertium exemplum ex eodem.



Monados in Aeolio quartum exemplum incerti authoris.




Sed hæc




SEd hæc de Æolij Monade ſufficiant. De Dyade exemplũ nullũm erat ad manum. Triados unum dũntaxat adponamus ad modum elegans Iacobi Hobrechthi, ubi Baſis pulcherrime hunc habet Modum. Cæterum quidam nuper Altitonantẽ adiecerunt, ſed nos γνήσια Lectori offerre, non adultera obtrudere conſueuimus. Mirum uero quoſdam uoluptatis loco ducere, alijs ſua nugamenta tam temerè adſuere. Sanè quod tute in tuis operibus nolles fieri, quin in alio caues? Sed laterem lauo. Cantus & Tenor Hypoæolij ſunt, quanquam Cantus diateſſaron Hypodorij infernè accepit, ut ſit inter a ac ee. Tenor autem inter G ac g, uidelicet ſupernè defecto tono, quem inferné adijcit, ad quem Modum Iodocus Pratenſis Gaudeamus ex Dorio fecit Æolium, ut priore diximus libro, cap. 36.

Dodecachordi Triados in Aeolio exemplū

Iacobi Hobrechthi.



Parce




De mox ſequente quatuor uocum Cantione.


SEquens Cantio Adam ab Fulda eſt Franci Germani, patrijs etiam uerbis elegantiſſime compoſita, ac per totam Germaniam cantatiſſima. In ea Tenor Æolium uerè præſentat cum Semiditono ſupernè, & tono infernè adpoſitis, quod & Dorius habet, et Hypodorius, ut iam ſæpius dictum eſt. Ipſa Modi diapaſon per diateſſaron ac diapente ſecta, elegantiſſime Tenorem concludit. Noſtra ætate Cantores putant Dorium eſſe magna artis ignominia, cum duo hi Modi ex duabus ſint diapaſon ſpeciebus, Aeolius ex prima. Dorius ex quarta. In qua hoc mirum nobis accidit, cum uerba eius Cantilenæ in Latinum ſermonem uertere uellemus, quod hæc non Germanis tantum, ſed alijs item nationibus ſcriberemus, conati, quàm fieri potuit ſingulas ſyllabas ſingulis reddere notulis, hoc eſt breueis breuibus, longas longis, hæc carmina, ne cogitantibus quidẽ nobis emerſerunt, hoc quo uides ſubiecta modo, quædam defecta, quædam informia, ſed notulæ ipſæ in cauſa fuerunt (quando eas mutare fas non erat) quo minus omnia abſoluta fuerint.

O Vera lux & gloria — Dimetrũ Iambicũ Acatalecticum.
Altiſſimi PATRIS — Dimetrum Iamb. Brachycatalect.
IESV redẽptor humanæ gẽtis, — Dimet. Iamb. Scazon Hypcatalect.
Spes, ſimulq; Salutis portus. — Dimet. Trochaicum ſed Scazon.
Oram, te, mũdi decꝰ PATRIS honos, — Trimetrum Iamb. Catalecticum.
Intende rebus hominũ penè perditis — Trimetrum Iamb. Acatalecticum.
Quas, tu niſi polo uides ꝓpitio, collapſuras, — Quadratũ Iamb. Catalect.
Caſuq; peſſimo mox — Dimetrum Iamb. Catalecticum.
Ruituras, certius nihil. — Dimetrum Iamb. Acatalecticum.
Tot fulgurant miſeriæ, — Dimetrum Iamb. Catalecticum,
Hoſtiſq; noſter animo — Ad Idem.
Nequiſſimus. — Monometrũ Iamb. Acatalecticum.
Defenſa CHRISTE q̃s cruore redemiſti, — Trimetrũ Iam. Acatal. ſed Scazon.
Cœlũ domiciliũ da nobis, fiat. Amẽ. — Hexametrũ Heroicũ ſed Claudum.

Aeolij


Aeolij IIII uocibus exemplum.






Adam

Adam ab Fulda Francus Germ.






SVbiungemus autem huius Modi aliud exemplum amici noſtri Dami ani à Goes Equitis Luſitani, uiri nobilis, & eximij noſtræ tempeſtatis Symphonetæ. Qui poſtq; totam fermè luſtraſſet Europam, hic ad Hercyniæ ſyluæ caput D. ERASMVM Roterodamum inuiſit, cuius hoſpitio aliquot menſibus ſuauiſſime eſt uſus, hinc inter nos noticia orta, hinc amicitia facta, quæ nunc̄q; quo ad uixero euaneſcet. In huius Cantilenæ Baſi atq; Cantu, Æolij modi uera eſt formula. Tertia uox in neutram partem explet modum, ſed de utroq; extremo participat ac uelut ſuum communicat corpus. Verba ſunt ex ſeptimo Capite Micheæ.


Aliud Aeolij Modi exemplū

authore D. Damiano à Goes Luſitano.




Nelæteris

MEDIA uox



BASIS




De Hypophrygio exempla,


Caput XIIII.

NVnc Hypophrygij Modi exempla ponenda ſunt. De quo præfari hoc neceſſe habemus, quod priore libro de eodem admonuimus. Nempe raros eſſe huius Modi cantus, Qui uel in B magnum deſcendant, uel qui b paruum non ſuperent, Itaq; intra duo Cc conſiſtunt perinde atq; ſint Ionici, cum ab ijs in immenſum diſtent. Sæpius etiam in uſu eſſe apud Symphonetas, ut in d paruum exurgant, nec infra D deſcendant, quod & Princeps eius Phrygius habet, id priore quoq; libro exemplo Pange lingua declaratum eſt, cap. 36. Vt uerum ſit quod quidam Muſici aiunt nullos duos quidem Modos propius cõiungi quàm Hypophrygium ac Phrygium, frequenter enim connexi intra octauam, nonam ac decimam conſiſtunt, cum alij undecimam etiam excedant, nempe diapaſon ac diateſſaron. Huius igitur Modi ad formam præcedẽte capite deſcriptam tria ponemus exempla. Primum trium uocum, ſimplex ac uetuſtum, & huius naſcentis olim muſices, In cuius Cãtu & ſupernè & infernè ad huius Modi diapaſon tonus adiectus eſt. In Tenore infernè ademptum ſemitonium minus, quod ſupernè adiectum eſt unà cum Tono. In Baſi contra, ſupernè tonus ademptus infernè locum inuenit. Phraſis tamen eſt Æolia. Secundum quatuor uocum, eruditioris iam ſeculi & magis exercitati, Cantus & Tenor ut in priore. Baſis ſemiditono depreſſior, Harmonia eſt in primis grauis & Modum belle exprimens. Tertium uero exemplũ omnibus abſolutum numeris, quo modo iam à uiginti annis in faſtigio Muſica poſita inclaruit. Sed ut ingenioſa magis cantio eſt, ita lõge magis licentioſa, hoc eſt iudicium meum, Lectori (ut ubiq; admonemus) ſit liberum & ipſi iudicare quod uolet. Verba primi exempli ſunt Pſalmo undecimo.


Hypophrygij I. Exemplum.



TENOR


Al uum me fac Do mine, Quoni am de fe cit
San ctus. Quoniã diminutę ſunt ueritates à filijs hominũ. Va
na locuti ſunt Vnuſquiſq; ad proximũ ſuum.


BASIS


Aluuũ me fac Dñe Domi ne, Quoniam de fe cit
San ctus, Quoni am diminutæ ſunt uerita tes à fi=
lijs hominũ. Vana lo cu ti ſunt unuſquiſq; ad proximum
ſuum.


Dodecachordi Hypophrygij exemplum II.

Iſaac Germa-

CANTVS





TENOR



Ex Cant.


Ex Cant. cap. IIII. & II. Henricus nus author.






Flores


ALTERA



Flores apparuerunt, uineæ flo-
rentes odorem dederunt. Et uox turturis
audita eſt in terra noſtra,
Surge, propera
amica mea, ueni de Libano.
Veni, coronaberis.
Flores apparuerunt, uineæ flo-
rentes odorem. Et uox turturis au-
dita eſt in terra noſtra, Surge,
propera amica mea, amica mea, ueni de
Libano, Veni corona beris.

Dodecachordi Hypophrygij exemplum III.




Iodocus a Prato author.





Tu pauperum

ALTERA




Hyperæoliꝰ


PARS.


Dodecachordi Hyperæolij Modi exemplū.

ATq; horum quidem, quos hactenus recenſuimus Modorum exempla ubiq; obuia ſunt. Verum huius, ac ſequẽtis Modi, non item. Huius quidem integrum nullum, quod ſciam, inuenitur, ſed ut fingi queat, ſuperiore uolumine docuimus. Apud Petrum Platenſem defectum ſupernè ditono inueni, adiecto infernè tono, cum tamen ea miſſa eſſet ad Aeolium intonata Modum, ſupernè deficiens Tono, quem infernè habet, ut ad finẽ Capitis 36. ſuperioris libri oſtendimus, Eam mox ponemus ſi prius Sixti Dietrichi noſtra ætate inſignis Symphonetæ poſuero, quod nuper è Conſtantia ad nos miſit. In quo Tenor inter b ac bb incedit, adcepto infernè tono Authentarum lege, Totamq; diapaſon ſupra finalem clauem habet, Vt merito inter Authentas numerari queat, ſiquidem in Modorū numerum accipiendus. De quo pluribus non eſt opus, quando ſuperiore uolumine de eo nihil, quod ſciam, neglexerimus.

Sixtus Dietrich.






O Do mi ne IESV Chri ſte, Fi li Dei uiui, qui dixi-
ſti, no lo mortẽ pecca to ris: ſed ut ma gis: ſed ut ma gis
conuertat̃ & uiuat. Miſerere, miſe re re mi ſe re re
mei Domine mei Dñe Amen.


O Domine IESV Chriſte, ô Dñe IESV Chriſte Fi
li De i ui ui: fi li De i ui ui, qui di xi ſti.
no lo mortẽ peccatoris, ſed ut ma gis ſed ut
ma gis conuertatur & ui uat,
& ui uat & ui uat. Miſerere, miſerere, miſerere mei Domine:
mei Dñe: mei Dñe. A men.

HÆc Cantio præter expectatum authori excidiſſe uidetur, Cuius Tenor, ut diximus, huius Modi finalem habet clauem, ſupernè ditono ab eius diapaſon deficiens, infernè tonum adiícit. Reliquæ uoces à Phrygij natura haud multum abſunt. Cum tota miſſa ad Æolium ſit inſtituta Modum ab authore, ut iam diximus.


Hyperæolij alterũ exemplũ,





Authore

Author Petrus Platenſis.




De Hypolydio, Cap. xv.

rũ quia ibi abiectus eſt clypeus fortium & clypeus
Saul. Quaſi non eſſet unctus oleo à ſanguine inter=
fecto rum ab adipe
for ti um.


Pars


Agitta Ionathæ nunquam rediit re-
tror ſum. non eſt reuerſus ina nis. Saul & Iona-
thas in uita ſu a in morte quoq; nõ ſunt di-
uiſi. Leonibus fortio res. Filiæ Iſraël ſuper Saul
flete.
Agitta Iona thæ nunquã rediit
retror ſum. non eſt reuerſus in anis Saul & Iona-
thas in uita ſu a in morte quoq; nõ ſunt diui-
ſi Leonibus fortio res filiæ Iſraël ſuper Saul
flete.


Et


Tertia


Et gladius Saul non eſt re-
uerſus in a nis amabiles & decori in
uita ſu a, in morte quoq; non ſunt diuiſi, aquilis uelociores
Leonibus fortio res. Filiæ Iſraël ſuper Saul fle te



Et gladius Saul nõ eſt reuer-
ſus in a nis amabiles & decori in uita ſua,
in morte quoq; nõ ſunt diui ſi, aquilis uelociores leonibus
fortio res, Filiæ Iſraël ſuper Saul flete

Pars



Reſiduum
Qui uos ueſtiebat coccino ĩ delitĳs ſuis. Qui præbebat ornamẽta
aurea cultui ue ſtro Ionathas in Excelſis tu=
is occi ſus eſt.



Reſiduum
Qui uos ueſtiebat coccino in delitĳs ſu is. Qui p̃bebat ornamẽta
aurea cultui ue ſtro. Quomodo ceciderunt for=
tes in prælio: Ionathas
in Excelſis tuis occi ſus eſt.
Reſiduum

Reſiduum



Reſiduum





Quarta & ultima pars

Doleo




Commixtionis Ionici Hypoio nicię Finis.

De Tenoris

De Tenoribus diapaſon non ex plentibus, Cap. XXV.


HÆc de binorum Modorum connexione ſatis, ut arbitror, copioſè, reſtabat ut ad exemplum prioris libri Cantilenas Diapaſon non explẽteis poneremus per Diateſſaron ac Diapente ſpecies. Verum enimuero intra Diateſſaron limites cõcluſam, haud equidem ſcio an ullam unquam Cantilenã uiderim. Intra Diapẽte inueniuntur quidẽ, raro tamen, ut non aut ſupernè, aut infernè aliquid addatur. Itaq; ne nihil hac de re dixiſſe argueremur, relicta Diateſſaron, Diapente ſpecierũ proſequemur exempla. Et primæ quidem ſpeciei. Re la, quæ quatuor Modis cõmunis eſt Dorio, Hypodorio, Aelio, Hypoæolioq;. Sit hoc IIII uocum exemplum.


Primæ Diapente ſpeciei re la exemplum.



Hoc

HOc exemplum germanicum eſt, & uulgare & uetuſtum, neq; per herculem inelegans. Cuius Tenor ſemitonio ſuperne adiecto, maxime Æolium ſapit, habet & inferne tonum, quod & Dorio familiare eſt. At in Baſi, uerus Æolius eſt, cum Semiditono ſuperne, quod & ipſum cum Dorio Hypodorioq; commune eſſe non ſemel antea diximus. Cantus uero ita Hypoæolius eſt, ut uerior effingi Modus ille non poſsit. Fuit huic exemplo admodum ſimile Damiani à Goes Luſitani, cuius in Æolio meminimus.






Secundæ


Dodecachordi Secundæ diapente ſpeciei

Mi mi exemplum.

Nunc de Mi mi ſecunda Diapente ſpecie, de qua hoc ſæpe prędiximus, eam raro inueniri, quando ſuperne fa annexum, inferne re habeat, ex Andrea Syluano exemplum adducemus. Is enim cũ uideret pueros ſæpe imperitos hac in arte, adultos autem plureis inueniri qui canere poſſent, Miſſam inſtituit in qua Cantus in hac Diapente identidem unus per omneis Miſſæ parteis incedit, ſumptus ex uulgatiſsima Cantilena Malheur me bat. Tenor ac Baſis duæ uoces adiunctæ, Altera Phrygium, altera Æolium refert, confuſa ſæpe finali claui. Sed eius unam alterámue particulam ponendam cenſuimus.

Author Andreas Syluanus.






Κ
Κύριε ἐλέησον.
Χριστὲ ἐλέησον.
Κύριε ἐλέησον.
Ο
San na
in ex cel sis
Κ
Κύριε ἐλέησον.
Χριστὲ
ἐλέησον.
Κύριε ἐλέησον.
Ο
San na in ex=
cel sis.

Dodecachordi Tertiæ Diapente ſpeciei Fafa exemplum.


RAra huius ſpeciei uel potius nulla reperias exempla, quod toties nunc, fortaſſis etiam cum lectoris tędio referimus. Quod hic ſubiecimus exemplũ Gregorij Meyer eſt, de quo in Æolij Hypoæolijq; cõmixtione dixi mus. In cuius cãtu Lydij Hypolydijq; ſyſtema eſt oppidò pulchre expreſſum. In Altitonante Lydij cum Ditono ſupernè. Denicq; in Baſi uerus eſt Hypolydius, ita affabre pictus, ut nullus Pictor penicillo melius.


Gregorius Meyer author







Confitebor



Onfite bor confite bor Domino Domi
no Domino nimis ni=
mis in ore me o me o &
in me dio me dio


Onfite bor Domino Dño nimis
in ore me o, me o & in me=
dio mul=


Reſiduum
multorum lauda bo e um.
Qui aſtitit ad dex te ram ad dexteram
paupe ris ut ſaluum fa=
ceret à perſequen ti bus. quen=
tibus ani mam meam.


Reſiduum
multorum laudabo e um, Qui aſti tit
ad dexte ram pauperis ut
ſaluum fa ceret à perſe quenti=
bus a ni mam me am.

Reſiduum



Reſiduum
multorum .ij. Laudabo e um Qui
aſti tit ad dexteram, ad dexteram Pau pe-
ris Paupe ris ut ſaluum faceret face-
ret à perſequenti bus à perſequentibus ſe-
quenti bus ani mam me am.
Reſiduum
to rum multorum Laudabo e um qui
a ſti tit ad dexteram .ij. .ij.
Pau peris Vt
ſaluum fa ceret à perſe-
quentibus perſequentibus .ij. a nimam meam.


Quartæ diapente ſpeciei, ut ſol,


exempla.


QVartam ſpeciem ut ſol, communem quatuor Modis Ionico, Hypo ionico, Mixolydio Hypomixolydioq́, ut ſæpe diximus, noſtra ætas in Synemmena ac diezeugmena coniecit, ita ut Ionici nunc ſedes ſit F. cum olim eſſet C. Id tamen haud abs re, ut in ſuperioribus patuit. Mixolydius ſuam ſeruauit ſedem incõcuſſam. Vtriuſq; igitur nunc exemplum depromam, Ionici in Synemmeno ſapphicũ carmen uulgatũ hac ætate. Mixolydĩj uero ex Liſtenĩj libello, qui hac noſtra tẽpeſtate de Muſica ſcripſit.

Vt ſol in Synemmenis










Vt ſol

Vt Sol in diezeugmenis




διὰ πέντε Mixolydij

Hypomixolydij ♭



Cantus Hypomixolydium refert, Baſis Mixolydiũ.



De Symphonetarum ingenio


FInis erat huius libri, portẽtoſæ ſanè magnitudinis ſi exempla reſpicias, non omnino magni, ſi commentationem ſpectes. Sed libuit unum dúntaxat caput annectere de Symphonetarum ingenio. Neq; enim his ſuus hac in arte deeſt genius, ex quo ſpectentur probentúrue. Horum igitur fuêre alij (nam breuiter id narrandum eſt) qui ſolum ad oſtentationem ſua edebãt, & hæc multo maxima turba eſt: Alij ut plurimos delectarent ac iuuentutem exercerent. Nonnulli ut Eccleſiaſtici Cantus maieſtatem iuuarent. Inuenias qui neceſsitatem etiam ſuam hac arte leuarent, & horum plurimi. Sed de quibuſdam pauca dicenda, quantum nos auditu precepimus à fide dignis.

De Iodoco pratenſi


IN primis uero de Iodoci Pratenſis, ut Cantorum coryphæi ingenio de quo non ſemel in prioribus. Is multa iucũda relatu feciſſe dicitur, antecq; in hominnm noticiam uenerit. Inter alia multa & hoc ferunt. Francorũ Regem Lituichum XII. haud ſcio quod ſacerdotium homini promiſiſse. Verum cum promiſſa leuiter, ut in Regum aulis fieri ſolet, caderent, ibi cõmotum Iodocum pſalmum compoſuiſſe. Memor eſto uerbi tui ſeruo tuo, tanta maieſtate ac elegantia, ut ad Cantorum collegium relatus ac deinde iuſto iudicio excuſſus, admirationi omnibus fuerit. Regẽ ſuffuſo pudore promiſſionem diutius differre non auſum, beneficium quod promiſerat, preſtitiſſe, Ibi uero uirũ, Principis liberalitatẽ expertũ, continuo alterũ pro gratiarũ actione orſum eſſe pſalmũ, Bonitatẽ feciſti cum ſeruo tuo Dñe. Verũ inter has duas Harmonias uidere licet, quanto dubia prȩmiorũ ſpes plus urgeat, quã certò depoſitũ beneficiũ. Neq; enim paulo uenuſtior eſt, meo qdẽ iudicatu, ſi affectus ſpectes prior q; poſterior editio. Idẽ Iodocus, cũ ab neſcio q̃ Magnate beneficiũ ambiret, ac ille ,pcraſtinator idẽtidẽ dice ret mutila illa Frãcorũ lĩgua, Laiſe faire moy, hoc eſt, ſine me facere, haud cũ ctãter ad eadẽ uerba totã compoſuit Miſsã oppidò elegãtẽ La ſol fa re mi.

Ad oſtenta-

Ad oſtentationem autẽ artis haud dubie duas illas Miſſas inſtituit Lhom me arme, cùm ſuper uoces Muſicaleis, tùm ad VI tonum, ita enim ipſe Hy poionicum nominauit. Amauit & hic Iodocus ex una uoce plureis dedu cere, quod poſt eum multi æmulati ſunt. Sed ante eum Ioannes Ocken heim, de quo paulo poſt, ea in exercitatione claruerat. Eius rei cum ſuperius per diuerſos Modos aliquot exempla poſuerimus, ſed eodem temporis motu incedentia, hic tardante altero temporis menſuram ſigno, dupla rati one decantanda, ponemus. Sunt autem ex priore Miſſa, in qua Modos identidem uariauit, ad Hypodorium tria hæc oppido breuia.




Qui



IDem Iodocus treis uoces tribus diuerſis ſignis præpoſitis ex una uoce eliciendas exemplo docuit ubi ualor notularum in Tenore, ſi Thema inſpicias ſit duplus ad notulas in Baſi. Baſeos uero notulæ ſeſquialteræ ad Cantus notulas, Ita ut duplæ rationi ſeſquiplam mixtam intelligamus. Sed primum exemplum ponamus, ut ipſe ex eodem Miſſa adpoſuit. Deinde Thematis reſolutionem in treis uoces cum propria cuiuſque uocis ſede ſubiungamus.


Ex una uoce tres, ex eiuſdē Iodoci Miſſa Lhomearme ſuper uoces muſicales.




Sequitur reſolutio.

Cantus


Cantus



Tenor



Baſis




In huiuſce-

IN huiuſcemodi ſanè Symphonijs, utlibere dicam quæ ſentio, magis eſt ingenij oſtentatio quàm auditum reficiens adeo iucũditas, quale & hoc ciuis noſtri Lutuichi Senflij Tigurini, docti noſtra ætate Symphonetæ. Cui ipſe Cantorum more Canonem præfixit. Omne trinum perfectum. Cæterum pro inceptione poterat & hic præfigi Canon ex Odyſseæ. V. Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις. Quod in Æneide Virgilius ita uertit: O terq; quaterq; beati. Sed Ænigma non admodum difficile eruditus lector facile diſcutiet cõſyderata diapẽte Diateſſarõ ac diapaſon conſonantiarũ ratione, ad eum modum quo Macrobius, quod diximus, Virgilianũ diſcuſsit.

Lutuichi Senflij Tigurini Hypo

ęolius, Canon. Omne trinum perfectum.




SEd admirabilius longè eſt Petri Platenſis Exemplum, quod æmulatione haud dubie Iuſquini eadem proportione, cæterum quatuor diuerſis ſignis præſcripſit. In eo Baſis ac Altus abſq; diminutione incedunt, hic perfecti, illa imperfecti temporis, Cãtus uero cum diminutione imperfecti item temporis. Tenor ſeſquipla ratione conſtat, non omnino difficile cantatu, ſi quis Hemioliam recte intromiſcuerit. Hypodorij eſt Modi, quanq; fine claudicans. Id alij reſoluerunt, nobis ſatius uiſum eſt, nudum proponere. Neq; ob id lector iure ſuccenſere nobis poterit, quãdo tàm multa alia bona fide indicauerimus, ſi ipſi etiam quædam diſcutienda relinquimus.

Petri

Petri Platenſis IIII uocum fuga


ex unica ad Hypodorium.



Idem Petrus Platenſis Miſſam totam quatuor item uocũ ex unica inſtitu it. O Salutaris hoſtia, literis innuens cuiuſcũq; uocis & principium & finẽ. Cuius unũ dũntaxat Kyrie adponere placuit cum initij reſolutione, ut ex his Lector, quæ nimis multa ſunt, reliqua facilius ad eandem formam diſcutiat. Sanè uocũ initia hiſce IIII prodũtur literis, S.C.T.B. & S quidem ſupremæ uocis, nos Cãtum uocamus, C. Contratenoris, nunc Altum nominant. T. Tenoris. B. Baſeos. Finis etiam eiſdem, ſed ſemicirculo tectis literis indicatur.

Eiuſdem Petri Platẽſis IIII uocũ fuga ex unica ſed aliter, ad

eundem Hypodorium.




Pp Sed ad

Sed ad Iodocum redeamus, de quo ceperamus. Idem author ſæpe ex una duas fecit uoces hoc modo, Præcinẽte uocem aliquo, Alter unius temporis mora ſequebatur eandem canens uocem, ſed certe tono uel leuatam uel depreſſam, ut qui cantionem in ſol incepiſſet, audiret alterum in la incipientem, aut contra ſi prior in la cepiſſet, ſequens in ſol ordiebatur. Vnde binorum Modorum ſyſtemata colludebãt. Cuius rei aliquot eius exempla ſubiícere placuit, cum Modorum præſcriptione. Sunt enim ſanè elegantia.

Ionici Hypoioniciq; connexorũ

exemplum finitum ut Phrygius.




Poterant

POterant duæ hæ uoces à mediocriter etiam exercitatis ſub una cani per notatione: Verum & hic & in ſequentibus ad hoc proderunt Lectori binæ pernotationes, ut binorum Modorum inceſſum luculentius uideat. Et in hoc quidē exemplo finis utrorūq; in Phrygiū tortus eſt ad authoris arbitriū, Quippe ut binis connexionibus ſuos daret fineis fieri nō potuit, quæſiuit igitur externū hoſpitem, cū cōtra in exēplo ſequēte Dorij Hypodorijq; connexioni ſuum dederit finē: Ionico Hypoionicoq; non dederit.


Dorij Hypodorijq; cōnexorum

exemplum in Phrygij finitum ſede.



IN hoc exemplo ſanè plus licentiæ in aſcenſu ac deſcenſu quàm Modorũ ambitus deſyderet. Sed ſic fuit homo Iodocus noſter nimis ingenio laſciuiens, quemadmodum antea diximus.

Dorij Hypodorijq; cõnexorum exemplum cum Semidito no ſuperne,




In priore

IN priore exemplo altera uocum tono leuabatur, hic eodem deprimitur, quemadmodum & in ſequenti.


Ionici Hypoionici q; connexorū exemplum cum Ditono

ſuperne, ſed non ſuo finitum loco.




POſthuius exempli medium proportio ſeſquipla admixta eſt admirabili ſane ſyncopatione per totum tractum, ſed uera tamen ratione.

Phrygij phraſis ac ſyſtema ſuper ne ſemitonio inferne tono adiectis, finis licentia quæſitus.




Dorij

Dorij phraſis ac ſyſtema adiecto inferne ac ſuperne tono, finis in diateſſaron infima chorda.




DElectatus eſt idem Iodocus fuga ad minimã inſtituta, quod in Miſſa Lhome arme ad ſextum Tonum in extremo Agnus Dei mirificè oſtendit. Eſt & hæc, quam hic ſubiecimus, inſignis eiuſdem cantio, in qua duæ item uoces ad fugam minimæ inſtitutæ ſunt.



Fuga


Fuga ad minimam



Hæc

Dodecachordi
O Kenheim


HÆc hactenus de Iodoco ſatis ſuperq́. Antiquior aliquanto fuit Okē heim & ipſe Belga, qui ingenio omneis excelluiſſe dicitur. Quippe quem conſtat triginta ſex uocibus garritum quēdam inſtituiſſe. Eum nos non uidimus. Certe inuentione & ingenij acrimonia admirabilis fuit. Amauit autem καθολικὰ in cantu, hoc eſt, Cantiones inſtituere, quę multis cātarentur modis ad cantorum propemodum arbitrium, ita tamen ut Harmonię ac conſonantiarum ratio nihilo ſecius obſeruaretur, quale in primis hoc eius ferunt carmen, in quo aureis habeas oportet. Fuga trium uocum in Epidiateſſaron (nam ſic nunc loquūtur) poſt perfectum tempus.




IDem Okenheim Miſſam ad omnem Tonū (ita enim ipſe nominauit) compoſuit cum ad treis dúntaxat uoceis, ſecundum treis diateſſaron ſpecies, decantaretur, nulla initio claui adpoſita, ſed circulo dúntaxat cum uirgula interrogatoria uel lineam uel ſpacium notante. Eius Miſſę unū κύριε, ut ita dicā adponere placuit, ut Lector uideret Tenorem eius uel in ut, uel in re, uel in mi exordium habere poſſe. Adiectum & Benedictus duarum uocum, ex eadem.

Cantus


Cantus




Altitonans





Tenor



Basis









Iacobus Hobrechth.

TErtius in hac claſſe haud dubius eſt Iacobus Hobrechth et ipſe Belga, quippe qui D. Eraſmo Roterodamo Præceptor fuit, Cuius iudicium de eo in Æolio retulimus. Hunc præterea fama eſt, tanta ingenij celeritate ac inuentionis copia uiguiſſe, ut per unam noctem, egregiam, & quæ doctis admirationi eſſet, Miſſam componeret. Omnia huius uiri monumenta miram quandam habent maieſtatem & mediocritatis uenam. Ipſe hercules non tam amans raritatis, atq; Iodocus fuit. Ingenij quidem oſtẽtator ſed abſq; fuco, quaſi qui auditoris iudicium expectare maluerit quàm ſe ipſe efferre. Multæ paſſim huius uiri ſunt Compoſitiones, & nos aliquot eius in hoc adeò libro exempla Lectori oſtẽdimus, maxime cum de ſeſquipla ratione diſſereremus. Ideoq; de eo plura dicere ſuperſedemus.


Antonius Brumel.

ANtonius item Brumel dignus qui inter eximios Symphonetas numeretur, magis tamen diligentia & arte ualuit quàm naturę indulgentia. Huius extat Miſſa de Beatiſſima Virgine MARIA IESV Chriſti matre, magno uiro digna: ſunt & aliæ quædam eius Miſſæ, ſed ex ea, quæ Δρίγς inſcribitur, treis binarum uocum cãtilenas huc adponere placuit ad exercitationem ſanè utileis.







Sequũtur aliæ eiuſdem Antonij Cantiones




Tenor




Enedictus qui
ues
nit
in nomine Domini


Cantus



Gnus De i
Qui tollis
Peccata mundi
Miſerere noſtri


Dodecachordi

Henricus Iſaac

SEquitur haud imerito Symphonetas iam dictos & arte & ingenio Hẽ richus Iſaac Germanus. Qui & eruditè & copioſè innumera compoſu iſſe dicitur. Hic maxime Eccleſiaſticum ornauit cantum uidelicet in quo uiderat maieſtatem ac naturalem uim, non paulo ſuperantem noſtræ ętatis inuenta θέματα. Phraſi aliquanto durior, nec tàm ſollicitus, ut conſuetudini quid daret, quàm ut elimata eſſent, quæ ederet. Id etiam uoluptati duxit copiam oſtendere maxime Phthongis in una quapiam uoce immobilibus, cæteris autem uocibus curſitantibus ac undiqꝫ circumſtrepentibus, uelut undę uento agitatę in mari circa ſcopulum ludere ſolẽt, Quod & Hobrechthum feciſſe conſtat, quanquam alio quodam modo. Hic Iſaac etiam Italis notus fuit. Nam eius mẽtionem, ut libro priore diximus, facit Politianus, cuius ætate hunc uixiſſe conſtat. non multum ante hãc noſtrã. Idem Iſaac obſcura quædam, nec omnibus obuia cõpoſuit, qualis in primis hęc eſt cantio ex Proſa de Diuę Virginis Mariæ conceptione. In qua non tàm probo ænigmaticam propèmodum inſtitutionẽ, cum alijs ferè cantoribus communem, quàm id per hunc etiã demoſtratũ eſſe, quod ſuperius in hoc adeo libro oſtendimus, nempe hanc nouam artem, nondum certis legibus ita conſtrictam, ut non cuiuis Symphonetę aliquid liceret, quod ita manifeſtum medius fidius eſt, ut à nemine negari poſſit.











Sequitur reſolutio

IN hac itaq; Cantione Tenor Dorius eſt elegantiſſimus cum tono infernè. Baſis autẽ Æolij Phraſis, ſed finis Hypodorij, nec mirum cum eſsẽtia & natura eandem habeant Diapaſon ſpeciem. In cantu Diapente eſt quatuor Modorum, cum tono infernè, ſemitonio ſupernè. Altus Dorij Syſtema habet finitũ ſuo more infima Diateſſaron chorda, nõ Diapẽte. Cętera Lector ipſe diſpiciat. Nã nos Modorũ potiſſimum rationẽ explicandam ſuſcepimus, reliqua obiter dúntaxat, & ut dicitur per tranſennam.






On ce ptio MARIAE Virginis, quæ
nos la uit à la be cri mi nis,
celebratur ho die Dies eſt læ=
ti ciæ.



On ceptio MARIAE Virginis, quæ nos lauit
à la be cri mi nis celebra tur ho di e,
Dies eſt læti ci æ.

Ioannes

Dodecachordi


Ioannes Mouton

IOannes Mouton Gallus, quem nos uidimus, quemadmodum antea in hoc adeo libro teſtati ſumus, raritatem quandam habuit ſtudio ac indu ſtria quæſitam, ut ab alijs, quos hactenus commemorauimus differret, alioqui facili fluentem filo cantum edebat. Maxime autem in Principis Fran ciſci gratiam, à quo honeſte decoratus erat, reſpiciens, Pſalmos ac uulgata quædam proferebat, quod teſtatur cantio, Domine ſaluum fac Regẽ, quã in Dorio retulimus. Porrò grauiſſimas Miſſas cõpoſuit à Leone. X. Põ tifice Maximo approbatas, qualis Alma Redẽptoris ac alia permulta, quæ in manibus ſunt omniũ. Nos duas eius de Beata Virgine MARIA adpone mus cantiones: ex quibus Lector iudicet eius uiri Phraſin.




IN priore hac cãtione ita Baſin inſtituit, ut nihilo ſecius ex ea uoce Altum canas ex aduerſo cõſtitutus, ijſdem etiam notulis, ſed ad te uerſis. Ita duo ſuam uterq; uocem incinent ex una. Idq; in Diapaſon & duorum temporum ſpacio ſeſe conſequentes, ita ut Baſis in D. magno incipiat, Altus poſt duo tempora in d paruo. Preterea ut Altus ita deſcendat, quemadmodum Baſis aſcendit: Cantio Dodrij Phraſin ſapit, quod in Tenore potiſſimum cernitur, qui pulchre Dorius eſt. Sed Reſolutionẽ eius nihilominus adpoſuimus, quod illi uocant. Ad longum.


Ad longum




Duo aduerſi aduerſe in unum



SEquentẽ autem octo uocibus inſtituit, qui concentus quàm mihi placeat, ſuperius Cap. XIII huius oſtendimus. Itaq; præter morem noſtrũ id nos feciſſe fatemur, quòd in hanc cõmentationem huiuſmodi cõcentũ adduxerimus, qui quaternũm probamus. Quãquã communi omnium opinioni refragare non eſt admodum ciuile. Sed lectoris imò auditoris iudicium eſto in hiſce & in alijs ſimilibus. Tenor Hypoionicus eſt. Baſis uere Ionica. Cantus & Altus mixti.


Nescies mater, nescies mater uirgo uirũ pepit sine
dolore Salua to rem secu lorum Saluatorem se-
culorũ ipsũ Regẽ angelorũ ipsũ Regẽ angelorũ Sola uirgo lacta-
bat sola uirgo, sola uirgo lactabat: lacta-
bat ubere ubere de cœlo pleno de cœlo pleno,
de cœlo pleno .ij. .ij. de cœlo pleno.
Nescies mater uirgo uirũ pepit sine do lo re Salua-
torẽ seculorum Ipsum regẽ angelo rum: sola uir-
go la ctabat Lacta bat ubere de cœlo pleno
ubere de cœlo de cœlo ple no de cœlo pleno.

Octo uocum



NEſciens mater Vir go uirum
peperit ſine dolore, ſine dolo re: dolo re Salua=
torem ſeculorum Ipſum Regẽ: Ipſum Regem angelorũ Sola
Virgo: Sola uirgo. ij. lacta bat: Sola uirgo lactabat ube re
Sola uirgo lactabat ubere, de cœlo: de cœlo pleno
Sola uirgo lactabat ubere de cœlo: de cœlo pleno: pleno,
NEſciens mater uirgo uirũ pe pe rit ſine dolore
pepit ſine dolore ſaluatorẽ ſeculo rũ ipſum Regẽ angelo=
rum. ſola uirgo: Sola uirgo lactabat .ij. Sola uirgo lacta=
bat ubere de cœlo pleno: ubere de cœlo plẽ. ubere de cœlo pleno,
de cœlo pleno: de cœlo pleno.

Mouton

VErum enimuero non modo nimis longus, ſed ineptus me hercules etiam fuero, ſi omneis recenſere uoluero uel huius, uel ante nos ætatis Symphonetas, multo magis etiam ſi eorundẽ Cantiones. In primis autem hoc de me hic fateri libet, ſemper diſplicuiſſe nobis cùm leueis omnes Cantiones, nihil niſi garritũ quendam adferenteis, ac ad ſtultorũ aureis demulcendas inſtitutas, quales ſunt illæ Centonum laciniæ male cõſarcinatæ: Tũ maxime laſciuas ac turpeis, quibus nũc omneis Chriſtianæ nationes, prò dolor, perſonant, & refertæ ſunt ubiq;. Ego hunc cantum grauem uolo, & ad Dei Opt. Max. laudem pertinere, non ad oſtentationem. Volo honeſtę uoluptati adeſſe. Deniq; ad Ingenij culturam adhiberi, ac maxime ad albũ puerorum os formandũ, ut inquit Flaccus. Iucunditatis gratia quæſitus ac inuẽtus eſt, ſed præterea multis rebus utilis eſſe poteſt, Iocos, modo ſint maturi & honeſti, ab hoc non ſecludo. Cæterũ plus laudis habent ac uere merentur Ioci, ſi qui incidunt cũ grauitate & occaſione quæſiti: Quales Iodoci Pratenſis aliquot feruntur, & qualis eſt quẽ iã dicturi ſumus. Lutuichus Francorum Rex eius nominis XII. admodum exili uoce fuiſſe dicitur. Is haud ſcio qua Cantione olim delectatus, cum à Cantorũ ſuorum Primario rogaſſet, Ecquid Cantionem aliquot uocibus inſtitueret, In qua & ipſe aliquam canere uocem poſſet. Cantor admirãs Regis poſtulationem, quẽ ſciebat Muſices prorſus ignarum, ac paulum cunctatus, tandem inuento quod diceret, faciam, inquit, Domine Rex Cantionem, in qua & Maieſtati tuæ dabitur canendi locus. Poſtridie quã pranſus fuiſſet Rex, ac Cantilenis more regio recreandus eſſet: Cãtor eam quam mox ſubijciemus attulit Cantionem, quatuor inſtitutam uocibus. In qua non tam probo ingeniũ artis, atq; laudo induſtriam cum arte coniunctam. Nam Cantionem eam ita inſtituerat, ut pueri duo Cantum incinerent ex uno Themate ſubtiliter ſanè ac tenere, uidelicet ne Regis uox, oppidò gracilis obtunderetur. Alterã uocem Regi dederat uno perpetuo phthongo pernotatam Altitonãtis ſub limitate, quæ Regiæ uoci apta eſſet. Nec contentus eo lenocinio (Tanta ſedulitate omnia proſpiciebat in re quidem parua, ſed ex qua ipſe beneuolũ ſibi fecit principem) ne Rex uacillaret, ipſe ſymphonetes cantaturus Baſin ita eam adornauit, ut idẽtidem altero dimidij temporis phthongo in octaua ſuccurreret Regi. Eſt autem octaua uelut uniſonus, per quã Regis uox mire iuuabatur. Riſit machinamentum Rex hilariter, ac cum gaudio hominem dimiſit nec indonatum, nec abſq; optata gratia. Huiuſmodi iocos dixi mihi placere. Sed nunc audiamus rarum miraculum, Regem ipſum cum ſuis Cantoribus intonantem. Verba erant linguæ Romanæ, illius mutilæ, qua nunc, derelicta uetere Gallorum lingua Gallia balbutit uerius quàm loquitur. Sed liberum eſto cuiq; quod notulis uolet ſubſcribere.

Cantus

Can.



Regis Vox



Baſis

Peroratio

HÆc fermè ſunt quæ de XII Muſicorum Modis, admonenda duxi de quibus Plura dici poſſe fortaſſis non eſt dubium, At citra tædiũ, potu erint ne plura adduci, id uero apud me per ambiguũ, quando neceſſariorũ nihil omiſſum eſt. Ideoq; nec plura addã, donec animo meo id certo ſedeat. Interea lectores oppellam hanc boni conſulant. Friburgi Briſgoæ,

Τέλος.

Θεῷ δόξα.

In laudem Citharæ ac Muſices,

GLAREANI IVVENILE CARMEN DVM Agrippinæ Coloniæ philoſophiæ daret operam ad Ioannem Coclæum Noricum Theologum.

GAudebam lepidas cithara crepitante camœnas
Tangere, & argutæ fila canora lyræ.
Cornibus hymniferum tollit caput illa reduncis,
Ceu cultos uideas ludere ſæpe capros.
Et querulum collum clauo ſubmugit eburno,
Ventre latent blandi corpora mille ſoni.
Admiror ſonitus, æquatuq; fœdera pacis,
Cur medio ſummum concinat atque graue.
Murmurat ima graui, dum tangis chorda ſuſurro:
Reſpondetq; leui pulſa ſuprema ſono.
Deniq; quæ tremulis uenit hinc ſymphonia Phthongis
Mulceret fauces Cerbere ſæue tuas.
Et num te ſileam ſacer & diuine Poëta,
O Dauid querulæ gloria prima lyræ?
Munera Pannonio tua ſunt maiora metallo,
Et meliora tuis picte Sabæe focis.
Orphéa commemorant cithara traxiſſe Leones,
Et teſtudineo ſaxa fidiſſe ſono.
Te quoque cum regno Pluto mulcebat opaco,
Eurydicen cogit reddere docta Chelys.
O quo te memorem cantu dulciſſime Arion,
Ad cuius pulſum mõſtra marina ruunt?
Et Thamyris Muſis, contendit Marſya Phœbo,
Contendunt numeris ordine quiq; ſoni.
O quàm dulce melos, uiuat iucundus Iopas,
Et tum Terpandri Timotheæa Lyra.
Stridula ſemiferi Chironis barbyta, nunquam
Dircæi uatis carmina laude carent.
Hoc ſanctum donum, hoc nobis uenerabile munus,
A' ſuperis cœptum eſt, tu quoq; Phœbe dabas.
Et mihi perſuaſi citharam claro æthere lapſam,
Quippe puto modulis pulchrius eſſe nihil.

ΤΈΛΟΣ.

Quę

Errata

Quæ inter imprimendum acci

DERVNT ERRATA, HVMANA, VT FIT, IMBE-
cillitate, per ſemipaginas, & ſi forte opus fuerit, etiam per uer-
ſus indicabũtur. Quanquam uerſuum ordo ſæpe,
uel typis uel notularum interuentu
confunditur.

PAGINA prima, uerſu 18. legendum. In poſterioribus proſequemur, non, proſequa-
mur. Pagina. 2. Conueniebat uoces ſex Vt Re Mi Fa Sol La. maiuſculis literis pernota-
re, ſed id etiam in Archetypo neglectum: Verum ex orationis contextu id diſcriminis
facile percipi poterit, ideoq; ſemel admonuiſſe ſufficiat. Pagina 3. uerſu 19. legendum.
Vt in adpoſita deſcriptione. Pagina 6. uerſu antepenultimo. Eas ſatis felici euentu Ciuis
noſter. Pagina 7. In exemplo quintæ Deductionis antepenultima notula erit Sol. non
La. Pag. 8. uerſu ultimo, operæ pretium, legendum. Pagina 9. uerſu 16. obliquæ pin-
guntur, legendum, item in titulo ſequente. De quinque Tetrachordis, legendum, non
detrachordis. Pagina 11. uerſu 7. à fine, turbari legendum, non tutbari, ſed talia quędam
omittimus, à quouis facilia correctu. Pagina 13. uerſu proximo poſt notulas legendum
Cautio eſt, non Cantio eſt. per u non n. Et uerſu 8. dicendum. Pagina 16. In Antipho-
nis Alma redemptoris, decima ſexta notula erit in a non in b. Pagina 23. uerſu 1. tollen-
da diſtinctio poſt Cleonida, & ponenda poſt, introductorio. Pagina 24. uerſu primo eſt
legendum pro eũ. Et uerſu 11 Atqui legendum, non, Atque. Et uerſu 8. à fine uelut u-
na dictio eſt, non duæ, uel ut. Pagina 39. In exemplo ſeptimi Modi, ultima notula in G
erit, non in a. Pagina 43. Poſt carmina Horatij, uerſ. tertio, legendum ipſius non ipſis.
Pagina 45. uerſu 10. Magadibus legendum, per a in prima ſyllaba, non per e. Pagina 49.
legendum in modum Trigoniæ Pyramidos abſque puncto in medio. Et uerſu nono
9. Pectida, non Pedida. Et uerſu duodecimo à fine diſtinctio erit ante, Non hercules, &
paruo n non N. Et uerſu antepenultimo Cithara, non Cithera. Et penultimo, diſtin-
ctio ante uerbum Citharizare, non colon. Denique uerſu ultimo diſtinguendum colo
poſt uerbum uulgus. Et horum maiuſcula litera incipiendum. Pagina 50. uerſu penul
timo. Nouenaria legendum, non Nouenarium. Pagina 54. uerſu ſeptimo, neruos legen-
dum, in accuſandi caſu, non in nominãdi. Pagina 58. In Citharæ typo nerui non ſunt
ducti ſatis ad clauorum radices, qui claui Citharæ corpori infixi ſunt, & remorſu ſuo chor
das ſtridulas faciunt. Pagina 59. uerſu antepenultimo. Tandem cum puncto colo pre-
cedente legendum. Pagina 60. uerſu 4. poſt Capellam diſtinguendum colo, Nam omiſ-
ſa eſt Liuiano more Sed coniunctio. Item uerſu 22. πτολεμαΐκ. Et uerſu 7. à fine. ſed his,
legendum, non ſed in his. Pagina 61. uerſu ſeptimo legendum Bryennij. Vt non ita
multo ante in eodem capite. Pagina 63. uerſu 4. ſimplici p legendum Capellæ, non Cap
pellæ. Sic uerſu 16. Ptolemæi abſque h. Et uerſu 6. à fine. Vt equidem mirer, non miror.
Pagina 64. uerſu 14. à fine Hyperdorius legendum, non Hypodorius. Id in Typis f. 67.
etiã aliquãdo neglectum, facilis enim eſt lapſus in ὑπάτης & ὑπό. Pagina 68. uerſu 7. à fine,
bis totidem, legendum, non totidum. Pagina 69. in figura ab dextera parte ſuperne, in-
ferneque, Reiectus uerbum pertinet ad mediam formam. Pagina 70. uerſu 10, à fine. Hy-
poiaſtius legendum. Pagina 71. in medio Typo, ubi, Octauus legitur ante uerbũ O-
ctauus minuſculis literis legendum. Hypomixolydius nobis. Pagina 72. uerſu 5 diſtin-
ctio erit ante quintum, non colon. Eadem pagina uerſu 15. Hypolydij ſyſtema legendũ,
non Lydij. Pag. 79. uer. 11. Mixolydium legendum. Pag. 80. in Typi E magno in Plagi
orum latere. legendum. Hypodorius uel Hypoæolius, non autem Hyperæolius. Pag. 82.
uer. 10. legendũ. Sex itẽ Plagij, non ſex itẽ Phrygij. Et in titulo Harmonicos legendũ nõ
harmonicos. Pag. 85. uer. 20. Proportionũ nõ ꝓportionẽ. P. 88. uer. 10. à fine ut Apuleius

Errata

legendum. Pag.89.uer.7.dele quàm. Pag.90.uerſu 5.à fine, Phrygium,legendū. Pa.91. uer.17 aliquando.Et uer. 4.à fine.Quapropter,nō quepp. Pa.92.uer.17. oſtendi.Et ue.20. ſubijciam. Et uerſu antepenultimo habent. Pag.94.uerſu. 12. Orpheum alij legendum abſquediphthongo.Et uerſu. 18. Atqui pro Atque. uerſu. 24 Orphei abſq; diphthongo ue.126.Per has,nō per hos. 98.uer.17. dicimus ingenue,legēdum,non in genere. Pagi.99 uer.7.à fine,cōmentationē.Et uer.5.confidimus.tertio, Κλειώτ'. Pa.100. in Typo περιχόρη. Infernè σωκμμένων ubiq; legendū. Pag.101. uerſ. 4. poſt nomen Hypophrygium, omiſſum eſt nomē Hypolydiū.uer.23.Hypoæolius legēdū nōHypoælius. Pa.102.uer. 11.ſæpiſſime legendū,uer.15.Aeolius,non Aelius.In titulo cap. XVI. legendū,& duobus eius Modis. Pa.103. In Reſponſorij tertio uerſu in uerbo,Nō,tertia ac quarta notulæ ter-tia altius poni debuerunt,Vt eſſet ſol mi.ubi hic eſt mi ut. Et in 4.uerſu.in Peccauimus, ſecūda notula in re eſſe debet, non in mi. Pag.104.In capite XVII uer.3. diſtinguendum poſt exulans,& uerſ. 13.diphthongon œ ſecundā Romanorum poſuit pro æ prima litera græca. Pag.106.In Symbolo Niceno in ultima parte ſecūdi uerſus. Clauis indicatoria eſt perperā poſita in Elami,quæ in D ſol re eſſe debebat. Pa.108.In Euāgelio Matthæi ultimo uerſu b non eſt poſitū ſuo loco & notulæ multæ nō apte cohærētes, ſed id puſillū. Pa.109 in Antiphonis Nos qui uiuimus.notulæ aliquot diuiſæ ſunt poſitæ,quę cōnecti debebāt pro ſingulis ſyllabis,ut quarta cū quinta, item duodecima cum decimatertia. Et in pſal-mo,In exitu Iſrael primæ duæ notule cōnexę eſſe debebāt,quę male ſunt diſiunctę. Ita ex tremæ.In Magnificat eodem modo ter aut quater peccatū, & ſimiliter in Benedictus.Sed hæc lectorem remorari non debēt.Nā immenſi laboris fuit uel ſic excudi potuiſſe.De or thographia ubi ſenſus nihilominus ꝓcipitur, aliquādo diſſimulamus ut hoc loco Aegi-pto ꝓ Aegypto. Pa.110. In duobus primis uerſibus Odes Te Deū laudamus, idē accidit de notularū diuiſione,quinta enim & ſexta cōnecti debebāt,& in uerbo confitemur, pe-nultima cū ultima,& in eodē uerſu, ultima notula cū prima ſequentis uerſus cōiungi de buit,& ad ſyllabā ra,in uerbo ueneratur, tres notulæ cōnecti debuerūt, & in ſyllaba ta, in uerbo poteſtates. Pa. 113. in exēplo Hypæolij,ſecūdo adeo uerſu,notula ſexta ac ſeptima, tono altius poni debebāt,ut ſit fa mi,non,mi re. Videlicet longe faciliore ſaltu ꝓ diapa-ſon ad ſequentē octauā,quod utiq; in cantu exercitatus facile iudicare poteſt,& uerſu 12. à fine ſicut legendū,nō ſint. Pa.135.uer.5.poſt uerbū Lydio,negatio nō,tollenda eſt. Pag. 118.uer.5.eum moroſe,nō,cū moroſe legēdū.Itē uer.9.Quòd ſi mihi,nō qd ſi mihi. uerſ. 14.Lycurgi legēdū per y.Pa.119.in cantu notulæ male diſiūctæ ſunt. Verum quia uulgata eſt ac omnibus nota cātio,nolui plura de his dicere cōnexionibus, facile id lector diſpi-ciet.Pag.120.uer.tertio legendū Hyperionicus,non Hypoionicus,facilis lapſus non at-tento,uerſu uiceſimo habent legendum, non habeant. Pagina122.uerſu ante penul-timo huius Modi legendū maiuſcula litera nō huiuſmodi.Pa.125.uer.ultimo notula ſu-pra ſor ſyllabam ꝓtinet ad precedētes notulas. P. 126.uer.1.notula ſecūda,per ſecundā al-tius leuata eſt q̄ oportuit. uer.ultimo in proſa ante exaltata, Aſſumptionis legendū.Item poſt exaltata.uer.tertio legendū,& maxíme in quadrageſima non iu xl.ut nomen tempo ris ſacri indicetur,nō nudi numeri. item tertio inde uer.ita lege.Quę phraſi quidē haud ita multum,at poſitu ſanè plurimū ab Hypophrygio differt. Pa.127.uer,5.à fine,nomēcla tura legendū, Pa.128.uer.3.Mixolydio legendū,nō Miyolydio. P.132.uer.ultimo, notula quinta erit in e paruo,nō f paruo. Pa.134.hac ſemipagina multa neglecta puſilla & ad grā-maticos ſpectantia.uer.8.Modū uer.10.introitus.uer.20.rationē.uer.22.Matthęi,duplici tt.& diſtinctione,nō colo.uer.23.poſt habet,diſtinctio,non colō erit.ue. 31.ut fratricidā. uer.34.Tyrannidē cū y.uer.35.Matthæi.uer.ultimo.Matthiā. Pa.135.uer. 12.diſtinguendū poſt aliena,uer.16.diſtinguendū hypodiaſtole nō colo ante.Merebatur.uer.18.diſtinguē-dum poſt uerbū poſſum. P.140.in ſecūdo notularū uer. prima Ionici notula ſupra linea eſſe debebat,nō ſuper. P.143.in 2 notularū uer.nota triceſima in ut, qd̄ eſt in C faut poni debebit.Itē in 5 notularū uer.ſub ultima notula debebat eſſe ſyllaba Den,de uerbo Dētes quæ ad ſequentis uerſus initium temere poſita eſt. P.148. ue.penultimo, ludūt legendū

non


Errata

non laudunt. Pa. 150. uer. 10. reſponderet, ſublatum. Quod male cõnexũ erat, & peius diuiſum. Pa. 151. uer. 6. modulemur legendũ. P. 152. uer. 15. legẽdum, excederet. Pa. 154. uer. 3. poſt Reſpon ſoriũ, Te ſanctũ Dominũ. legẽdum uolet, nõ nolet. P. 155. In Antiphonis Sicut malus, in 1. uer. ſyllba di, male reiecta eſt in ſequentẽ uer. cum notula eius ſit in priore uerſu. P. 164. uer. 5. à fine diſtinguendũ poſt uerbum. Inſtituit. Colo. nõ poſt, poteſt. P. 165. Cap. 37. uer. 8. legẽdum, ſepare mus. Itẽ penultimo uer. ante Re ſol legẽdum Deinde quid, nõ Deinde quod. Pa. 169. In medio exemplo lapides. Vbi uerba notulis male applicata ſunt. Paulo inferius legendum, diei natalis Domini. non natales. Pa 170. Initio male rurſus uerba aptata ſunt notulis. ita 171. primum exẽ plum, ſed ea omnia perſequi difficile fuerit. Pa. 172. In 2. uer. Clauis ſignata in ſuprema erit linea non in ſecũda. Itẽ in Antiphonis. uox clamantis. notula nona non erit in e lami ſed in d la ſol re. in ultimo exemplo, uerbum Dominus tres ſequentes habebit notulas, & reliqua cedent ad po ſteriores. Pa. 173. in 1. exemplo, ſyllaba trem, in uerbo patrẽ duas habet notulas. P. 180. uer. 3. Sap phico duplici p legendũ. Pa. 184. uer. ultimo in notulis. Ibi enim notulæ, quæ ſunt in 1. huius paginæ uerſu ſup. Vides ut alta, poni debebant, excepta prima notula. Id tamẽ leue eſt. Nã & ſe quẽtis paginę primus uerſus, ad ſecũdum, Syluæ laborãtes, referretur. P. 186. In Hymno. Paſtis uiſceribus, legendum poſcit Pa. 188. uer. 6. poſſint legẽdũ pro poſſit. Pa. 490. uer. 4. Fallacis. ma iuſcula F. Sed miſeri minuſcula. colo interpoſito. P. 192. ad finẽ primi uerſus, deeſt clauis indica toria, primæ ſequentis uerſus notulæ. Quod etiam locis neglectum alijs, à nobis ſtudioſẽ tacitũ. uer. ultimo Attali legendũ. P. 194. uer. 1. poſt Sapphici carminis exemplũ, aggrediar legendum, nõ egredior. P. 199. in exẽplo de punctis, in notulis Additionis cõueniebat ut notulæ in eadem ponerẽtur linea q̃q̃ id nõ eſt neceſſe. Sed erat ita in Archetypo. p. 200. uer. penul. legẽdũ diuiſe. In pfectiſ, non cõiuncte impfectis. Pa. 201. uer. 2 ab initio cap. Hunc duplicẽ legendũ, nõ, Hinc duplicẽ. P. 203. uer. 1. & 2. Hęc uerba ſupfluũt. eiuſdẽ puncti abſentia declaretur. Vbi uides, & in impfecto modo & in imperfecta. P. 204. ue. 4. in pfecto tẽpore, præpoſitio cũ ſuo caſu. P. 206. in Cãt⁹ poſteriore uer. quinta à fine eiuſdẽ uer. notula quæ eſt media in ligatura, erit in d, non in e. P. 208. in Cãtus 2. uer. poſt decimã notulã punctũ eſſe debebat ꝑ ſuſpirio. P. 209. in ultimo Can tus uer. 1. notula in bb fa♮ mi eſſe debebat nõ in g. Pag. 210. in 1. Tenoris ligatura erit deſcẽdens cauda à latere ſiniſtro. P. 211. in 1. notularũ uer. 6. notula quę longa eſt debebat à dextra dimidia ta pte eſſe nigra. P. 212. uer. 1. 7. nota, quę ligatura eſt, caudã habebit à latere ſiniſtro deſcẽdẽtem. P. 217. u. penult. poſt ſignũ tẽporis pfecti cũ uirgula, in medio, ubi ſunt ſemibreueis, pũctũ diui ſionis erit inter ipſas, nõ aũt poſt alterãſemibreuẽ. Pa. 218. in Alto, nota 3. à fine, quę eſt ante ſemi breuẽ pauſã, ſupfluit. P. 219. uer. 3. ante maximã notulã, unitatis nota ꝑ pauſam innuitur, ſicut in præcedente hũc uerſu, ante ultimã breuẽ, ponitur ſemipauſa ꝑ eodẽ unitatis ſigno. P. eadẽ ue. 7. ſub finẽ, Septima & 6. ligaturã faciunt, ꝑpius igitur debebãt ſe contingere, ſed id ſæpe neglectũ in hoc ope. Pa. 219. ue. penul. pũctũ diuiſionis omiſſum eſt, inter nonã ac octauã à fine notulas. Pa. 220. uer. ultimo, ligaturæ in medio, ultimę illæ ꝙdem, caudas habere debent à latere ſiniſtro aſcendenteis, ſunt enim omnes ſemibreues. Pa. 222. uer. 2. nimis hiãt ligaturæ ſcđa ac tertia. Pa. eadẽ uerſ. penul. notula penultima, quã ſeqtur ſuſpirium, erit breuis, nõ ſemibreuis. Pa. 224. uer. 1. quatuor notularum ligatura nimiũ hiat. Item eadem pa. uer. 2. duodecima ac decima tertia à fine ligatę eſſe debebãt ſed nimiũ hiãt, plus aũt nona ac 8. à fine, quæ colligatæ eſſe debebãt. P. 232. in Tenore ultimo, uer. ſcđo, initio ligatura erit fa re, nõ fa mi, Quæ uero in eodem uer. lõ ge ſeqtur, & ipſa nimiũ hiat. P. 233. in Tenore, ſex notulæ breues, quæ finalem ꝑxime pręcedũt, nimiũ hiãt, omnes enim colligatæ eſſe debent. Pa. 234. ue. 4. triũ notularũ ligatura nimiũ hiat. P. 235. ue. 1. quatuor notularũ quadratarũ una eſt ligatura abſq; hiatu. Eadẽ pa. ue. penu. notularũ tres in medio quadratæ, unã faciũt ligaturãPa. 236. rurſus hiatus medius quatuor notularũ in 2. uer. cõnectendus. Pa. 239. Cap. XIII. uer. 11. Carmen legendum, nõ Cermen. P. 241. uer. 18. nole bamus legendũ, nõ, uolebamus. P. 244. uer. 1. nimis hiat ſcđa ligatura. ſed id ſæpius alias. Pa. 246. uer. 3. clauis indicatoria à fine quinta inferius erit nempe in bb, non ſupra ee la, & uerſ. 4. initio ligaturæ hiãt. uer. item 5. pũctum nõ expreſſum ante duas nigras, Itẽ uer. 3. à fine, ſupra cito, etiã punctum non expreſſum. Pagina. 247. uerſu 2. ligatura in medio caudã habebit à parte ſiniſtra. Idem uitij accidit in tertio uerſu in ligatura ad finẽ uerſus. Item in uer. 7. duæ nigræ poſt ligatu rã in medio, erunt albæ. Item uer. 8. ante ultimã minimã erit punctum. Pag. 248. uer. 2. ligatura rum hiatus ſunt.

Pagina


Errata

Pa.250.uerſu penultimo notularum poſt quintam à fine notulam, ſeptem omiſſę ſunt notulæ.




Pa.253.uer.2.Antepenultima ſemibreuis, erit alba. Pagi. 254.in ſupremo margine legendũ Antonius à Vinea Vnico. n. Item in Tenoris ſecundo uerſu ligatura prima obſcurè expreſſa, eſt aũt triũ notularum, priores ſunt ſemibreues, mi ut. P.255.in Baſi tres primæ ſyllabę in textu, pti nent ad priorem uerſum. Pagina.259.uerſ.3. notula ſub octaua omiſſum eſt, ultimæ depoſitionis. ℈. Pa.262.uer.1.in Tenore.prior nigra ſtabit in G, nõ in a. Et uer. 2. eiuſdem Tenoris, duæ ſyllabæ huma.ſtabunt in primo uer.Et in 3.uer.duæ ſyllabæ, tende, ſtabunt ad finem ſecũdi uer. Et in 4 uer.duæ ſyllabæ peſſi.erunt ad finem uerſus tertij. In eodem 4.uer. notula octaua à fine erit in D.non in C. Pa.263,uer.1.antepenultima notula erit nigra & ſtabit in b, non in c.Contra in 4 uer.ultima erit alba non nigra. In 8.uer.notula quinta à fine erit in a non in b.Deniq; in no no uer.ultima ligatura erit mi ut,non fa re. P.264,in 3.uer.Cantus,erit punctũ ante duas nigras uncatas. Pa.263.uer.1.notula ſexta à fine erit alba. Pa.267.uer.1. quatuor notulæ una ligatura eſt ſol fa mi re.ubi quarta nimium hiat à tertia,ſicut duæ deinde ſequentes ligaturæ, in 2. uer. etiã quatuor ſimul connexæ eſſe debẽt re,fa,mi,re.Quæ uero ſup Diminutæ uerbo,eæ non ſunt cõnexæ ſed breuis perſe poſita, duæ autẽ ſemibreues in ligatura. Sed deinde ternarum tres ſunt ligaturæ ſatis hiantes.uer.3.quinq; notulæ ad finem eius cõnexæ eſſe debent. In Baſi uer.1. prima & ſecunda ligat.nimiũ hiant,& penultima deſyderat caudã à latere ſiniſtro aſcendẽtem, in ſecũdo deinde eiuſdem Baſios uer.4.notulæ in medio cõnexæ eſſe debent. Pa.268.uer.1. in Tenore,ligatura in medio debebit habere caudam à latere ſiniſtro deſcendentẽ, Pa.269.uer.4. nota à fine quarta,quã punctũ ſequitur,ea alba erit. Pa.277.uer.1. Signum C nõ habebit uirgulã, ſicut nec reliquæ duæ eiuſdem Cantilenæ uoces. Pa.278.In Chriſte una eſt ligatura, Cuius cauda à latere ſiniſtro deſcendẽs male expreſſa eſt. Pa.282. In Tenoris 3.uerſu, in eius adeo medio, prior uncata erit in b claui,non in c. P.284.uer.3.prior ligatura hiat,Altera non bene cohęret.Et uer. ultimo Cantus,ante maximã finalẽ erit ſemibreuis ◊.omiſſa. P.287.In Baſios altero uerſu,ultima ligatura erit ſol mi,nõ fa mi proximoq; uerſu ligatura erit re ſol ut,nõ re fa re. Porrò quæ in medio uerſus eſt,erit,fa mi la,non fa mi mi. Pa.288.uer.8.ut homini dignum erat, non huiuſmodi legẽdũ. Pag.289.ultra medium poſitũ ſuſpirium,erit Semipauſa. Pa.290.præter hiatũ ligaturæ initio, tertia notula erit in f, non in g. Itẽ in 5.eius uerſu, omiſſum eſt pũctũ ſupra lapides, ante3.minimas ſexto autem uer.pro ſuſpirio erit Semipauſa. Et uer.ultimo punctũ omiſſum ſupra uerbum, etiam ante minimã in ꝓportione, & ad finem clauis indicatoria in d erit, nõ in b.P.299.Ca.XVII.uer.antepẽ.in cõtextu Adami legẽdũ & ſequẽte ue. Ionico nõ Iodoco.

Pagina 300.In Tenoris ſecundo uerſu tres notulæ poſt treis minimas, ſupra uerba.qua inuocauerimus.



Pa.301.uer.5.notula ſemibreuis ſupra ſyllabã ua,in uerbo,ſalua,habebit caudã,ea inq̃ quæ duas nigras ſequitur.Vt ſcilicet ſit ultima. Pa.303.uerſu 1. penult.notula erit minima, abſq; cauda & Pagina eadem uer. 2.in baſi Clauis ad finẽ indicatoria in re erit,non in mi. Pa.304.Cap. XVIII. uer. 19. Cõpoſitã legendũ, nõ cõpoſitũ, & uerſu penultimo punctũ poſt octauã notulã male expreſſum. Pa.307.uer.3.pauſa breuis male expreſſa, ita enim ſtabunt.




Pa.311.uer.5.penul.notula erit in G.nõ in a.Et clauis indicatoria ſtabit in d. nõ in f. Pa.318.in Tenoris priore uerſu, ante notulã penultimã b prenotatum oportuit.Pa.320.uer.11.poſt,Primũ,adde,duarũ uocũ. Vt ſit. Primũ duarũ uocũ Iodoci Pratẽſis. Pa.321.uer. 6. in medio ante numeros 3/2 ac poſt ſignum ¢ & notulã ◊ erit, ſemipauſa,nõ ſuſpirium,quemadmodũ paulo ante etiã erat. Pa.323. In Baſi uerſu 2.ante duas uncatas punctum male expreſſum. Pa.324.uer.4.Tertia à fine uerſus, quæ nigra eſt, erit in g nõ in f. P.336.uerſu 5.à fine,poſt Cuius.hoc uolumus adijci:antea aliquot exempla dedimus,ſed de eo poſtea copioſius.Vt ita totus cõtextus legatur.Cuius aliquot exempla dedimus, ſed de eo copioſius poſtea.&cæ. Pagina 338.Ternarij circa.go, Syllabam nimis exiles ac depreſſi, Qui hemioliam

Errata


mioliam indicãt,altius enim ſtare debebant,ſed tamen ſub notulis. P.339.in Baſios ue.3. ligã-tura paulo poſt medium,prælõga,debebat habere caudã aſcendentẽ à latere ſiniſtro,ut ſint duæ ſemibreues.Et uer.ultimo ꝑ ſemipauſa erit ſuſpirium. Pa.341 uer.ultimo,ultimę ligaturæ deeſt cauda à latere ſiniſtro aſcendens. Pa.348.uer.2. Quarta ſemibreuis erit in g,non in bb. Pag.349. uer.4.ante treis nigras in medio,erit punctũ. Pa.354.uer.10.Antonius Feuin legendũ,& uer.13. Huic pro hic. Pa.355.In titulo eodem modo Feuin diſyllabon. P.362.Cap.24.ue.21.modus mi-nuſcula litera,m.Et uer.penul.præpetibus legendum,nõ præpotibus.Pa.363.uer.19.Feuin legẽ-dũ.Et uer.5.à fine noluit,legendũ. P.365.uer.ultimo Enthuſiaſmo legendũ. Pa.366.uer.12.à fine poſt Meyer,adde.Cuius ſæpe alibi meminimus. Pa.367.uer.7.ſæpius cum diphthõgo ſcribẽdũ. Pa.369.uer.4.ſupra uerbũ Regnat erit ſuſpirium,non ſemipauſa. P.376.uer.antepenul. Iacob ꝑ Iocob. Pa.378.uer.ultimo puncta male expreſſa poſt ſecũdam & decimam notulas. Pa.381.uer. 2.Vltimum Abiam inter duas ſemibreueis habet minimã nõ tres minimas,ut p̃cedentia.P.382 uer.2.in Tenore,Semibreuis nona erit caudata,ut ſit minima. P.386.uer.3. punctũ male expreſ-ſum ante penult. P.394 uer.2.Supra uerbum fili pauſæ inuerſæ ſunt, debebat enim ante pauſam breuis,prȩcedere ſemipauſa,& ſeq poſt pauſam breuis ſuſpirium,quod male ante poſitũ eſt pro ſemipauſa.Pa. 405.uer.4.In medio ligatura poſteriore pte nigra, caudã habebit à latere ſiniſtro aſcendentem. Pag.406.uer.2.ad finem coniunxit punctum cum claui indicatoria quod & alijs plurimis locis factum.Vt pag.ſequente,uer.2. P.408.uer.4.ſecundæ ligaturę cauda male expreſ ſa,aſcendere enim debet. Pag.412.uer.2.poſt primã notulam ſuſpirium erit,non ſemipauſa.Pa. 414.ue.4.prima ligatura la mi ꝑ duas ſemibreueis,in medio autem uerſus penult.notula ante 4. ſemipauſas erit nigra.Eadem pa.In Tenoris uer.3 ligatura la mi una eſt,nõ duæ.Pa.415. uer.1. in Baſi,ligatura obliquata caudam deſcẽdentem habebit à latere ſiniſtro, quæ hic maligne expreſ-ſa eſt.Item uer.3,tertia nigra ſtabit in D,non in C. P.417.uer.2. ſuſpirium erit ante ſextam à fine notulam,non ſemipauſa.

Pa.eadem. In Baſios uer.3.& pau-ſæ & notulæ omiſſæ ſunt poſt ulti mam in eo uerſu ſemibreuem.



P.423. In Baſios uer.penul.ſcda nigra ſtabit in A.nõ in ♭. Pa.430.in exẽplo ue.1 ſecunda erit al-ba.eadem p.uer.3.penul.erit g.non in e.eadem pa.in Tenoris 1.uer. tertia poſt breuem nigram & ipſa nigra erit,non alba.Pa.431.ue.1.in Alto,poſt duas nigras ſupra uerbũ ſerua,omiſſa eſt una minima quæ erit in G,quam dein ſequetur minima cũ puncto. P.432.uer.2. Quin legẽdũ,non quãdo.Et ue.ultimo deeſt Semiminima poſt punctũ qđ eſt ante nonã à fine,& ſtabit in f. P.434. uer.3. poſt uerbum cõmixtionẽ,addatur,& alibi ſæpe,ut ita legatur.de quo in Aeolij Hypoæo-lijq; cõmixtione,& alibi ſæpe diximus. Pa.436.uer.3.Clauis in fine indicatoria in Cc eſſe debet, nõ in Aa.Ead.pa.uer.ultimo punctũ omiſſum eſt ante treis nigras. Pa.438.lineæ tranſuerſæ ma-le expreſſæ.Vt poſt fibris &cæt.in carmine Sapphico.In Tenore etiam qnta not.à fine erit in b, nõ in G. P.441.Supra Benedictus.titulus erit,maiuſculis literis Ex Miſſa IVSQVINI SVPER VOCES MVSICALEIS. P.442.uer.penul.Sexta notula ante ſignum cõuenientiæ erit ni gra.P.455.uer.ultimo 1. notula nimis anguſtata.P.458.uer.ultimo.tertia notula in g erit,non in Aa. Pa.461.uer.3.ſeptima ac ſexta à fine eius uerſus colligatæ eſſe debent,ſunt enim duæ longæ.

BASILEAE PER HENRICHVM PETRI
MENSE SEPTEMBRI ANNO POST
VIRGINIS PARTVM.
M. D. XLVII.



books2ebooks.eu

www.books2ebooks.eu

eBooks from your library by

eBooks on Demand

digitised by

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK